

(6)

IDIOMA  
TA QVAEDAM LINGVAE SAN-  
CTÆ, in Scripturis Veter.  
Testament. obser-  
uata.

Per GEORGIVM VVI-  
CELIVM.

Cum GRATIA & Priuilegio  
Imperiali.

MOGVNTIAE  
Ad Diuum Victorem excudebat  
Franciscus Behem.  
ANNO M. D. XLII.

SAINT CECILIA

BY JAMES THOMAS SMITH

WITH A HISTORY OF THE AUTHOR

AND AN APPENDIX OF SELECTED

SONGS AND HARMONIES

BY JAMES THOMAS SMITH

WITH A HISTORY OF THE AUTHOR

AND AN APPENDIX OF SELECTED

SONGS AND HARMONIES

BY JAMES THOMAS SMITH

WITH A HISTORY OF THE AUTHOR

AND AN APPENDIX OF SELECTED

SONGS AND HARMONIES

BY JAMES THOMAS SMITH

WITH A HISTORY OF THE AUTHOR

AND AN APPENDIX OF SELECTED

SONGS AND HARMONIES

BY JAMES THOMAS SMITH

WITH A HISTORY OF THE AUTHOR

AND AN APPENDIX OF SELECTED

SONGS AND HARMONIES

# C A N D I D O

Lectori S. P.



OSTRIS BIBLIO-  
rum interpretibus  
hoc unū largimur,  
ut istiusmodi Idio-  
tismos Hebreis tan-  
tum peculiares, cæteris uero genti-  
bus planè barbaros, qua licet com-  
moditate latinis reddat, imò etiam  
Germanis, Bohemis, Gallis, & Sco-  
tis. Verum tantilla uertendi libe-  
tas, nihil subleuat istos parum fidos  
interpretes ætatis nostræ, utpote  
qui prudentes ac scientes sacram  
scripturam, plurimis in locis, studio  
quodam priuatefactionis adducti,  
secus quam oportuit, transferunt.  
Qua in re, non incuria aut iustitia,

A ñ sed

## IDIOMATA

sed temeritas incusanda est, tametsi nunc, manifestatis erroribus, resili p̄scere unus atq; alter, & primis editionibus adhibere limā cōperūt, uerum facientes adagium: Secunda meliora. Quod utinam in reliquis quoq; scriptis, quae intra hos uiginti annos Euthusiastici scriptores maiore affectu q̄ iudicio in orbem disperserunt, usu ueniat. Opus q̄ maxime esse lima uideo illorum etiam libris, qui solos se non errare credunt. Certe posteritas longe alios oculos scriptis nostris admouebit, q̄ hæc ætas corruptiss. Quam ad rem permultum momenti allaturum erat, si Germaniæ príncipes rem theologicam seuerius instaurarent. Etenim è scholis perpurgatis Ecclesiasticæ cathedræ dignitati ac uigori

# LINGVÆ SANCTÆ 3

uigori pristino restituantur oportet. Passim multos reperias illibatoris theologiæ candidatos, quorum usus in Ecclesiis futurus erat, nisi de essent Mecænates. Incumbitur in minus necessaria, illud unum, quo constat Christianismus, negligitur. Linguarum ac literarum quæ necessariæ Scholæ sint, hoc præsertim sæculo, sapiëtissimus quisque præsul inteligit. At dum dormit tanta in re, ne gocio suo minime omniū desunt īj, quorum aperti ludi ad se nobiliſſ. quosque adolescentes, ceu magnes ferrum attrahit. Dubium profecto non est, quin Ecclesia inter tot alia sacrosanctorū Bibliorū cum translationem fidissimā, tum rectiss. enarrationem desyderet. Xantis Pagni ac Sebastiani Munsteri uigilias

A īj admis

## IDIOMATA

admiramur grati lectores. Leonis  
Iudæ Heluetij conatum, de quo nu-  
per ad me Conradus Pellicanus è  
Tiguro scripsit, expectamus. Utis-  
nam Vlmensi Lucretio nostro tan-  
tum ab aula uacui temporis super-  
sit, ut ipse quoq; aliquid in Biblia  
moliri queat, mirum si in postremis  
futurus interpres. Evidem hoc ip-  
so Lucretio in omni linguar; & dis-  
ciplinarum genere superiorem uix  
habet nostra Natio. Paulus Nedec-  
carus, quum anno superiore dies  
aliquot Bambergæ quiescendi cau-  
sa peregrinans cōmorarer, Thalmu-  
dicos libros omneis mihi ostendit.  
Obstupui ad conspectū tantæ mo-  
lis; Sed hoc ante mihi cognitū Lu-  
cretium, cuius Bibliotheca fidem  
prorsus excedit. Ipse quidem præad-  
miras;

# LINGVÆ SANC. 4

miratiōe nihil nisi exclamare in inuisitatem librorū suppellectilem potui, quum illorum honorē catalogus ab ipso mihi ostenderetur. Cæterum hanc Idiomatum Hebraicorum syluulā qualemcunq; solidioris Theologiæ amator, rogo boni consulas. Fateor è multis annotauisse me pauca, uerum ab hisce paucis, ipsius linguæ, quam merito sanctam appellant, uim geminam æstimes licet. Bene uale.

Anno 1541.

A iiiij IDIO

# IDIOMATA QVÆDAM

Linguæ sanctæ, in Scripturis Vet.  
Testament. obseruata.



**D**ICERE in auribus populi. Hoc Idioma longe tritiss. ubiqz est in Biblijs, pro eo q̄ communī lingua proferimus : dicere audiente populo. Eodem tropo , Genesis xxij. legitur : facere in oculis omnium, hoc est, uidentibus omnibus.

Si est cum anima uestra. Qua locutione idē penè sibi uolunt, quod latini quoties dicunt : Si uobis ita uisum est. Ad eum modum legitur iij . Reg . ix. Si est anima uestra. Vbi uulgata editio habet : si placet uobis.

Interrogare os alicuius. Istud sim pliciter dicunt pro, interrogare alii quem,

LINGVÆ SANC. 5

quem, & is ut respondeat cupere.

In facie patris, id est, coram patre  
Genesis xi. Animam percutere, id  
est, occidere hominē, Genesis. 27.  
Deutero. xix.

Manus nostræ non sint in eo.  
Quem Idiotismum sic latine reddis  
deris : Innocuas purasq; manus no  
stras ab eo scelere seruabimus. Ge  
nesis xxxvij. Et i. Reg. xvij.

Adhæsit anima eius cum dina,  
Genes. xxxiiij. Cui affine est, quod  
Genes. xlivj. scribitur : Anima eius  
ligata est ad animā istius. Vtruncq;  
pro eo, quod nos dicimus : Habet  
illum longe charissimum, Germani  
hunc affectum sic exprimunt : Er  
hat seine synne gar auß sie ges  
worffen. Eodem pertinet, i. Reg.  
xvij. Conglutinata est anima Iona

A v than

# IDIOMATA

than cum anima Dauid.

Animas facere, obseruaui dici pro eo quod latini efferunt: pro gignendis liberis operā dare. Et dicit de utroq; sexu. Quod uero Gr̄ci τέκνογονες, ad muliebrem tantum sexum pertinet. Animam s̄epissime capitur pro persona humana. Vulnus aperuit illi Deus, hoc est, effecit, ut, quæ antehac sterilis, parere potuerit. Eo tropo uix alius in scriptura uulgatior. Contrarium huic: Conclusit uulnus, id est, fecit, ut sterilem sceret, i. Reg. i.

Nasci super genua dicitur, tam de uiris quam mulieribus. Bilha partur super genua, Rahelis cap. xxx. Et nati sunt filij super genua Iosephi cap. 50.

Suscipe,

## LINGVÆ SANC. 6

Suscipere faciem alicuius, id est, respectum habere unius præ alio, facere aliquid ob huius præsentem petitionem, quod non facias, pente alio &c. Genesis, xix. Idem sibi uult: Sumere uultum, Genesis xxxij. Facies pauperis suscipi ueta tur, Leuitici xix. Forsan eiusdem tropi est illud: Facies peccatorum sumitis. Accipere uultum, i. Reg. xxv. ubi nos, Honorare. Et iiiij. Reg. iiiij. Nesuphanim, id est, acceptabili uultu, ubi noster inter pres: Honoratus, reddidit.

Quærite faciem Domini, id est, consulere oraculum Domini. ij. Regum. xxi. Sed aliter accipitur, ij. Reg. x. Item, ij. Paralip. 9.

Quære

## IDIOMATA

Quærebatur uultus Salomonis, id est, omnes erant cupidi uidendi Salomonis. Videntes faciem regis. Quod latinus interpres sic: qui steterant coram rege. Huic simill. est quod in Euangelio legitur: Angeli eorum uident faciem patris &c. Loqui super cor eius. Hunc tropū communiter reddunt, blande aliis cui loqui. Latina translatio, Genes. xxxiiij. sic habet: Tristem deliniuit blanditijs. Septuaginta sic: locutus est secundum mentem uirginis ei. Vide item Iudic. xix. Ruth. ij. Esa. xl. ij. Paralip. xxx. & xxxij. Loqui super cor seruorum, ij. Reg. xix. sic reddit noster, alloquens satisfac seruis. Accipitur etiam loqui super corde suo, pro eo quod est, loqui in corde suo, i. Reg. i.

Oculo

# LINGVÆ SANC. 7

Oculo graues, noster interpres  
uertit oculi caligarunt, Gene. xlviij.  
Inde in historia Euangelij: Erant  
oculi eorum grauati &c. Vultus  
malos reddit, tristes, quam interpre  
tatio, omnes sequuntur.

Bonus oculus, Proverb. xxij.  
Latinus interpres facit hunc, pro  
num ad misericordiam &c. Græ  
cus, hilarem datorem &c. Contra,  
malus oculus, Proverb. xxiiij. hic  
ponit noster inuidus oculus, nimis  
rum idem quod Græcus, εάσκωνθ.  
Atq; hinc Matthæi xx. Oculus ne  
quam. i. Reg. xvij. legitur, factus  
est oculus Saulis (in) Dauidem,  
ubi nos: Non rectis oculis Saul  
aspiciebat Dauidem. Germani re  
spondemus huic hebraismo, quo  
ties de iracundo dicimus: Er hat  
ein

# IDIOMATA

## ein auge auß jii.

Eleuare uocem , Genesis 39.  
Noster interpr. suclamare reddit.  
lxx. clamare uoce magna : Ele  
uare caput, hoc est, superbire, Iudis  
cum viij. Nec dissimile huic, quod  
psaltes canit de elatis oculis.

Item quod legitur , de non ex  
tollendis in altum cornibus.

Huc pertinet quod iij. Regum  
xiiij. legitur : Cor tuum eleuauit te,  
id est , uideris tibi magnus ac po  
tens esse, hast einen stoltzen geist.

Dñs dedit uoces, Hiere. 5j. pro  
eo qd est, excitauit tonitrua. Idem  
in Exod. & in Psal. Vide j. Reg. 12.  
& 2. Reg. 22. Numerz dierū im  
plete , idem est quod nos dicimus,  
senescere, Exod. xxij. Sic Psal. xc.  
**Longitudine dierz implebo eū &c.**

Venire

Venire in dies, Genesis xvij. ac  
cipitur etiam pro senescere. Hinc  
Germani, Et ist zu seinen tagen  
kommen. Eodem pertinet senex  
& satur, Genesis xxv. ubi noster in  
terpres addit, dierum, ut liqueat de  
prouecta ætate scripturam loqui.

Si sic, ut quid ego: Hanc aposio  
pesin sic absoluit noster Interp. Si  
sic futurum erat mihi, quid necesse  
fuit concipere: Genes. xxv.

Caue tibi, Genes. xxiiij. & xxxi.  
Hebraice, hischamer lecha. Idem  
Hebraismus in Nouo Testam. At  
tendite uobis, Matth. 7. Act. 20.  
Eodem capite Geneseos non debet  
patriarchaloqui à bono usq; ad ma  
lū, quod noster Interp. reddit, Ne  
aspere loquaris. Vado, ut moriar,  
Genesis. 25. Noster Interp. reddit  
simpliciter, morior. Colligi

## IDIOMATA

Colligi ad populum suum, seu  
ad patres suos. Quoties hac loquen-  
di figura scripturæ utunt̄, innuunt  
Patriarchas uno in loco sepeliri uo-  
luisse. Nume xx. reperitur hebrais-  
mus : Colligeris & morieris , hoc  
morieris quemadmodū alij patres  
& iuxta illorum sepulchra tumula-  
beris. Colliguntur mortui, non ui-  
titatum . Ingredi uiam uniuersæ  
terræ , pro mori passim capitur, ijij.  
Reg. ij. Vnicuiq; mortalium semel  
mori statutum est, atq; ita fit.

Deducere canos eius cum sangu-  
ine ad inferos, hoc est , decollare ses-  
nem seu transfigere, ijij. Reg. ij. Con-  
trà ibidem : deducere canos in pace  
ad inferos , hoc est, sicca morte ex-  
piare.

Sic non facient, Genes. xxxiiij.

Imo'

# LINGVÆ SANC. 9

Imo saepius in Genesi, pro eo quod  
nos: Tale facere non licet.

Malum te iuuosit. Idem cum illo: Calamitas opprimit te, Genes. xlivij. Hoc est, male habebis, dabis poenam commeritam &c. Idem, Exod. xviij. Quo tropo dicitur etiam, timor apprehendit eos.

Vir numeri, pro, uiri pauci, Genesis xxxvij. Nam paucos quis cito numerarit.

Vir uerborū, latinus cum Græco tales eloquentem facit. In eodē Exodi libro de Aarone: Loquendo loquetur, quod noster quoque uertit eloquens.

Rem diei in die suo. Exod. v. xvi. Leuit. xxij. ij. Reg. viij. Daniel. i. Noster Interp. transfert hunc Idiotismum, quotidie. Quin & il,

B lud

## IDIOMATA

Iud reperitur: Res anni in annum,  
2. Paralip. 8. & 9. ubi noster Inter-  
pre. legit, per singulos annos. Vi-  
de item i. Eissræ cap. iii. Nehem. xi.  
Ægyptus facta est in gentē, Exo. ix.  
Hoc est, gens condita siue facta est.

Signa ponere, signa dare pro, sig-  
na facere, passim occurrit in Exod.

Quoties sancta scripture lingua  
indicare uult uniuersitatem homi-  
num, sic loqui solet, a filio regis qui  
sedet super solium eius, usq; ad fili-  
um ancillæ quæ est post molam, ali-  
bi, usq; ad mingentem ad paries-  
tem, alibi, usq; ad filium captiui, qui  
erat in carcere. Itē Deut. 29. A cęso  
re lignorę usq; ad haurientē aquas.

Qui est sub pedibus tuis, seu in  
pedib. zc. Exod. xi. Noster interp.  
reddit, qui est subiectus tibi.

Scire animas aliorę, hoc est, quid

# LINGVÆ SANC. 10

alijs in animo sedeat nosse. Exo. 23.

Nō illi sanguis, Exod. 22. Quod est, ac si dicas, nō imputabit effusus à se sanguis. Eiusdem formæ: Non erit super te sanguis, Deute. xix.

Quis det, pro, utinam, Exod. 16.  
Ita enim transferunt tam Græci & Latini. Implere manus, id est, conse-  
crare, teste q̄c Lyrano, Exod. 29.  
Item 1. Paralip. 29. & 2. Paral. 13.  
Implere animā, utpote de bonis q̄ erant Hebræis erepturi, hoc est, per  
suadebant sibi Aegyptij, opum ples-  
nos se redituros domū. Exod. xv.

Populus in malo est, pro, malus  
est Exod. 32. Sic 1. Ioan. 5. Mun-  
dus in malo positus, 2c. hoc est, uer-  
re malus est. Portabit iniquitatem  
suā, Leui. 5. Idem reor esse cū illo:  
portabit onus suū Galat. 5. hoc est,  
poenam, quam peccato cōmeruit.

## IDIOMATA

Peccati reus erit. Aquę uiuæ uocantur fluenta, Leuit. xiiij. Vocem fescerunt transire, hoc est, curarunt proclaimari publicitus, Exod. 36.

Stare contra sanguinem proximi sui, cuius tropi is est sensus : Partes iuuare & adesse occidentibus innocentem, Leuitici xix.

Abscondere oculos tuos ab ijs qui male agunt, est, dissimulare & conniuere ad flagitia populi, Leuitici, 20.

Facies pro furore saepe accipitur. Dominus ponit faciem suam contra Europam, id est, irascitur nobis propter multitudinem ac magnitudinem peccatorum.

Apprehendit triturator undemiantem, Leuiti. xxvi. Annos ix. sensus est : Tanta erit agrorū ubertas,

# LINGVÆ SANC. 11

tas, ut homines uix sufficient meten-  
dis frugibus & legendis uuis.

Baculus panis capitur pro sus-  
tentatione corporis. Sine pane cor-  
ruit mortalium genus, non aliter ac  
claudus ablato Scipione. Tritum  
hoc in scripturis. Filius unius anni,  
pro anniculo, Numer. iij.

Super seu ad os Domini, id est,  
iuxta uerbum Domini, Nume. 9.  
& 13. Deuter. 21.

Viuo ego, si non faciam, hoc  
est, certò faciam, uehemens est affir-  
matio, Numeri. xiiij.

Est tibi quasi anima tua, Deut.  
13. Pro eo quod est, Diligis illum,  
sicut te ipsum. Latini uti hyperbola  
solent in describenda maxima bene-  
uolentia, Nempe: dimidiū animæ  
meæ, aut animæ meæ portio. Su-

B iij pra

## IDIOMATA

pra quoque eundem fere tropum at  
tigimus.

Ad oculos Mosi, Num. 25. Hoc  
est, uidente Mo<sup>s</sup>e. Sic in Paulino  
scripto : ad oculū seruientes &c. quod  
tamen una dictione Græci pronun  
tiant ὄφθαλμοθουλία, Non parcet ocu  
lus tuus, Deut. 19. Id est, simpliciter  
ne parcas. Videndo calamitatē fra  
tris solemus parcere , & cohibere  
manus Ponere sanguinē domui  
suæ, Deut. 22. Quod est ac si dixer  
is , sua culpa fit , cur suis in ædibus  
homicidium committatur . Noster  
Interp. sic : Ne effundatur sanguis  
domi tuæ. Vide. 3. Reg. 2. Ad que  
cunque manum miseris, Deuter. 28.  
Peruulgare ubique est , & significat :  
Quicquid facere proposueris. No  
ster hic habet : Super omnia opera  
manuum tuarum.                      Omnia

LINGVÆ SANC. 12

Omnia sub pedibus eius, Psal. 8.  
& Deut. 11. Vide itē 4. Reg. 3.

Filiæ uocantur sicuti, Judic. 11.  
Vulgo dicunt̄ hodie filalia, quasi  
ciuitates matres sint, unde uiculi ceu  
filiæ genitæ &c. Numer. 21. filiæ  
Zion, filiæ Ierusalem &c. pro ip  
sis inhabitatoribus. Præponitur e  
tiam masculinum filius uarijs nomi  
nibus ut filius auroræ dicitur Lucifer,  
Esa. xiiij. & filius areæ cap. 21.  
Eadem forma dicitur filius inobed  
ientiæ seu diffidentiæ, filius perdi  
tionis, filius gehennæ, filius mor  
tis &c. sic homo peccati. Iudic. viij.  
legis filij matris meæ pro, fratres  
mei. Ponere uerba in ore vulgi,  
hoc est, diligenter inculcare, Deut.  
xxxii. Ponere uerba in corde, id est,  
memoria tenere, Deuter. xi.

B iij In

## IDIOMATA

In medio tui, id est, tecum. Eiusdem formæ apud Euangelistam est illud: Medius autem uersarum stat, id est, uobis cum plane couersatur.

In corde maris, id est, in medio mari. Notiss. hoc. Lingua ignis accipit pro flamma ignis apud Esaiam. Et lingua maris cap. xi, ubi lxx. simpliciter mare habent.

Mutare fortitudinem Esaiæ. xl. xli. Idem esse aiunt quod, fortior fieri. Verbum labiorum Esa. 36. pro uerbis, quæ uiua uoce profes runtur. Honorabilis uultu Esa. iij. pro graui ac honesto uiro. Principatus tribuitur humeris apud eundem prophetam, eo quod res onerosa sit, & quæ robustos humeros ac lastera requirat, principem agere, Imperare &c. Clamare in gutture. Hunc

Hunc Idiotismum Teutones nostri  
referunt, quoties dicunt, von hals  
schreien. Esa. lviij.

Respondet nobis iustitia nostra  
Genesis xxx. Contrarium huic: Re-  
spondet nobis peccatum nostrum,  
Esaie lix. & Hiere. xiiij. Iustitia de-  
fendit instar patroni eos qui uitam  
innocentem ducunt, at iniqüitas ac-  
cusat inique agentes. Magna uis est  
conscientiae tam excusantis q̄b incu-  
santibus. Obseruandum, non simpli-  
citer dici in Mose, mihi, & in pro-  
phetis, nobis, sed illic Hebraice Bi,  
hic uero Banu. Iustitia pro iusto  
stat, Iniquitas contra iniquum.

Implere nationes, noster Interp.  
crescere in gentes, hoc est, multipli-  
cari, numerosum reddi populu &c.

Dare hostes tergum, hoc est,  
B v infus

## IDIOMATA

in fugam conuertere , fundere &c.  
Inimicos meos dedisti dorsum. ij.  
Reg. xxij. Ire in animabus suis, hoc  
est, de uita periclitari. 2. Reg. 23.

Introitū & exitum alicuius nos-  
se, est, omnem conuersationē. N. fa-  
miliariter nosse. 2. Reg. 3. Item ij.  
Reg. iij. quo loco Salomon, negat  
semet per etatē scire, egressum & in-  
gressum suum. Moses iam senio de-  
grauatus se ulterius neq; egredi ne-  
que ingredi posse querit, Deut. 31.

Cooperire pedes, est, inclinare  
humi, ac aluū deiūcere, Iudic. cap. iij.  
Item, 1. Reg. 24. Contra, reuelare  
pedes, est se præparare ad sacra Ve-  
neris, Ruth. ij. Percutere aliquē  
cor suum , pro eo quod est, consci-  
entia tangi, per conscientia argui ac  
admoneri 1. Reg. 24. & 2. Reg. 24.

Obserua,

# LINGVÆ SANC. 14

Obserua, cor suum, nominandi casum esse, ut intelligas Dauidem à suo ipsius corde percussum. Nec se-  
cū legunt septuaginta. Non ablu-  
dit Germanismus: *Er schlug inn  
sich selbs.*

Facere regnum pro regem age-  
re. 3. Regum. 2j. sic facere iudicium  
pro iudicare. Tametsi latine quoq;  
ad eum modū loquimur, Plinium  
imitantes. Sic cum hebraismo, iue-  
runt in foedus, ij. Paralip. xv. qua-  
drat Romanismus ille: Iniuierunt  
foedus. Præterea legis Deuter. 19.  
feruet cor eius, ubi noster Interp.  
habet, dolore stimulatus, qui & ip-  
se tropus latinis non infrequens  
est: Feruescit sanguis & ira, scintil-  
lant ocului &c. Persius.

Vt quid spiritus tuus rece-  
dens: Noster Interpres: Quid

## IDIOMATA

est hoc, unde anima tua contristata  
est: Mutationē affectus uocat aba-  
lienationem spiritus, iij Reg. xxi.

Vir & mulier non &c. id est, ne  
mo hominum, Exod. xxxvi.

Si facies tua non ierit. Noster In-  
terp. Si non tu ipse præcedas &c.  
Exod. xxxij.

Ponere faciem suam, ut ascendat  
Hierosoly. iiiij. Reg. xij. Vnde in  
Euangelio: Et facies eius erat euutis  
&c. Quò enim ituri sumus, eō pri-  
mum faciem intendimus.

Videamus nos facie tenus iiiij.  
Reg. xiiij. Sensus est, experiamur  
belli fortunam, uter alterū uincat.

Honorabilis sit anima mea corā  
te. iiiij. Reg. i. Pro quo noster In-  
terp. ponit: Noli despicere animam  
meam &c. Honoratior tibi uidear,  
quam

quām cui, quod peto, deneges.

Demetere seu exterminare posteriora malorū regum dicitur Deus, id est, abolere & extirpare posteritatem illorum, ne quis eius prosapiæ superstes sit. iij. Reg. xvi. & xxi. Eodem cap. rex pessimus uenundatus ad malefaciendum esse legitur, aut qui se potius uendiderit ad flagitia, hoc est, tradiderit in res probum sensum, quo nisi peccare nihil libeat. Forsan huc respexit Apostolus Paulus, quum scriberet Romanis: uenundatus sub peccatum &c.

In non corde & corde. i. Paras. lip. xij. Vbi noster, non corde dupli. Duplex uero cor indicatur Psalm. xij. in corde & corde locuti sunt &c.

Factus

## IDIOMATA

Factus Iehu ad iudicandū cū do-  
mo Ahab. Noster sic: Cū ergo euer-  
teret Hieu domū Achab. lxx. hoc  
pacto, & factū est cum ulcisceret in  
domū Achab &c. Nam, iudiciū, po-  
nitur hic & in cōpluribus alijs scrip-  
turæ locis, pro diuina ultione. ij. Pa-  
ralip. xxij. Cadere in oculis suis,  
hoc est, humiliari, Nehe. vi. ponere  
oculos super aliquē, accipiēt in bonū  
Vide Hiere. cap. xxiiij.

Periit lex à sacerdote Hiere. 18.  
Ezech. 7. pari ratione legit, perit sa-  
pientia à sapiente, Esa. 27. perit con-  
siliū à filijs, Hiere. xlix. Perit fuga à  
ueloce, Amos ij. & Psal. 141. dicit:  
Periit fuga à me, &c. hoc est, nihil  
proderit suum cuiq; præsidium, spē  
sua falletur &c.

Cadit

# LINGVÆ SANC. 16

Cadit oratio corā Deo , Hiere,  
36. & 37. 42. Daniel. 9. Quod  
est, pertingit ad eū, kompt für jn.  
Idem ualet : prosternere preces co-  
ram Deo. Fit uero isthuc bona pre-  
cantis fiducia , fore ut auditam ora-  
tionem exaudiat misericors pater.  
Hiere. 38. Prostrauit preces meas  
coram rege , id est, supplicaui regi,  
ad pedes eius prouolutus. Eleuare  
animas suas, Hiere, xxxvij. ubi lati-  
nus noster legit : decipere animas  
suas , nimirum inani persuasione.  
Alioquin eleuare aut leuare animā  
suam , utpote ad Deum longe dis-  
uersum est in Psalmorum libro.

Ascensiones spiritus uestri,  
Ezechielis cap. xi. Noster uertit,  
cogitationes cordis uestri , legunt  
& sep-

## IDIOMATA

& septuaginta cogitationes. Eiusmodi ascensiones in corde notat Psalmus quoque 83. Et in Euangeliō dicit Dominus, cogitationes ascendunt in cordis uestris, Isa. Ixv. & Hierem. iiij. legis ascendere super cor. Et Ezech. 36. Ascendere super labium linguæ. Eodem respicit quod ait Apostolus ex propheta: nec in cor hominis ascendit, i. Corinth. ij. Ascendere super spiritu, legis Ezechie. cap. xx. Stillare sumitur pro loqui, assentientibus etiam Iudæis, & antiquis scriptoribus. Verū stilare maledictionem, Daniel. ix. significat, quo Deus poenam de iniustis sumit. Paulatim enim punit, nō effundit uno impetu iram, ut imbre scat, Autore Lyrano.

Redimere tempus, Danielis. ij.  
Ephe. v. Com.

Completi præuaricationem, Danieli 8. Et Genes. 15. de nondum completis Amorræorꝝ iniurias bus. Verum. i. Reg. xx. legitur de completa malitia, quod ut mihi qui dem uideor, diuersam habet à priori sententiam. Et textus Hebræus habet: consummata est malitia ab illo, quemadmodum etiam lxx, legunt, non, eius.

In uentre habere, hoc est, prægnantem esse.

Dicere in corde suo, aliud non est, qꝫ, putare, secum animo uolueret &c. ubiqꝫ obuium istuc est.

Illustra faciem tuam super nos est quasi dicas, sereno ac pacato uultu nos aspice. Daniel. 9. Psal. 30. Magnificare os suum, Abdie i. Sic Psal. xij. magnificare seu roborare linguam suam.

C Ciuic

## IDIOMATA

Ciuitas Dei uel Deo Ione 3. Sic dicitur mons Dei, & cedrus Dei in scripturis. Nimirum de rebus inusitatæ magnitudinis.

Sanctificare super aliquem bellum, Hiere. 6. Ioel. 3. Mich. 3. Est, decernere bellum contra gentem aliquam, certo gerendum, nec ces sandum, donec conficiatur. Sanctū bellum fuit, quo ira Dei placabatur, & idololatria repurgabatur.

Viri boni, seipsoſ humiliantes, appellant ſe canes mortuos. Ita enim Dauid coram Saule & Miphiseth filius Ionathan coram Dauid. Abner uocat ſe caput canis. ij. Reg. iij. Azahel uocat ſe canem, iij. Reg. viij. Homerica Helena ſe quoq; coram Hectore catellam uocat, Iliad. 6. Porro quoties pijs aliquid

quem magnopere laudant, uocant eum Angelum Domini, ij. Regum xix, ij. Reg. xiiij. Vnde idem ad Galatas cap. iiiij. Malach. ij. Contrà quando quis ad extremum uituperatur, audit filius Belial, Heliseus appellat regem Israël filium hominidæ, iij. Reg. vi.

Erant post Dauid, id est, sequebantur Dauidē, ij. Reg. ij. Sanguinem requiram à manibus uestris, hoc est, supplicium sumam de sonibus, insontium nomine. Wil die vnschuldigen an den schuldigen rechenet, ij. Reg. iiiij. Ezechiel, iij. & xxxij.

Inuocatum nomen Domini super &c. Inuocatum pro uocatum simpliciter. Vide, ij. Reg. xij. Genesis, xlviij.

C ij Inuir

## IDIOMATA

In uirga uirorum & plagiis filiorum Adam, hoc est, flagellabo illū perinde ut plebeios homines soleo, nullo regis respectu habito, 2. Reg. 7. Inuenire cor suum, inuenit tale in corde suo, &c.

Reuertere manū seu potestate suam, id est, reuocare. ij. Reg. viij. Mittere in manum, id est, tradere alicui erudiendum, ut Dauid Salomonem puerz &c. ij. Reg. xij.

Iuxta bonum cor, id est, si bono animo fuerit, noster Interp. facit te mulcentum uino, ij. Reg. xij.

Ponere sibi nomen, hoc est, ad opinionem aliquam aspirare &c.

Quod bonum est in oculis tuis, hoc est, quicqd tibi uisum fuerit zc. Germani hunc loquendi modum prop̄e referimus: Alles was deinen

nen augen lieb ist.

Ab æterno, Hebraicæ Meolā,  
reddit noster interpres interdum,  
Antiquitus. i. Reg. xxvij. Accipit  
enim illud Olam aliquando pro fi-  
nito tpe:ut iij. Reg. ij. Iosue xiiij. zc.

Facere cum aliquo misericor-  
diam. ij. Reg. ix. id est, benefacere  
ex bonitate gratuita &c.

Affligere cor suum, est, semet  
exscrutiare contristari, &c. ij. Reg.  
xij. Ibidem stultitiam facere pro eo  
quod, scelus patrare. Weise leut  
thun grosse thorheit. Liquet  
istud in Dauide patre & filijs Am-  
mone, Absalone, Salomone, &c.

Super os Absalom fuit positū.  
Quem hebraismum reddit latinus  
Interp. In odio Absal. erat positus.  
Tametsi in margine ascriptum est,

C iij in ore

## IDIOMATA

In ore, lxx, sic legunt: Quoniam in  
ira erat ei Absalom. Os gladij dici-  
tur cuspis gladii, id quod alias, opi-  
nor, admonuimus.

Non tollet animam. Noster In-  
terp. Non uult perire animam, id  
est, uitam, ij. Reg. xiiij. Tollere ani-  
mam pro neci dedere uulgatis. est.

Vultus tui ibunt in medio.  
Quod sic Interp. Tu eris in medio  
eorum, ij. Reg. xvij. Exod. 34.

Afferte uobis consilium. Latius  
nus hic habet: inite consilium, ij.  
Reg. xvi.

Conuertere malum in caput su-  
um. Hoc ad eum modum intelligas  
licet, poenam ipse luit, quam para-  
rat alij. Aut, malum illi, quod com-  
meruit, accidit, i. Reg. xxv, in Psal.  
sæpe.

Sopor

Sopor Domini super eos irruerat. Quod enarrandum ita opinor: Quia Dominus uoluit, altum sterterunt, i. Reg. xxvi.

Anima preciosa coram te, id est, quod parsisti uitæ meæ, i. Reg. 26. Item iiiij. Reg. i. sit preciosa anima mea coram te, noster Interp. Misere, rere animæ meæ, &c., noli despicere anim. &c. lxx. legunt: Honoretur anima mea &c. de hoc supra. Ne cadat sanguis meus in terram, noster Interp. sic: Ne effundatur sanguis &c. i. Reg. xxvi.

Magnificata est anima mea in oculis tuis, i. Reg. xxvi. id est, Magni me fecisti. Potens poteris, id est, Prospere succedet tibi quicquid in Dño institues. Pagni, ualendo ualebis. Custos capitîs, pro eo qd uul-

C iiij go

## IDIOMATA

go dicunt: auß seinen leib war,  
ten. i. Reg. xxvij.

Incidere in gladium, est semetip  
sum interficere. i. Reg. xxxi. & ij.  
Reg. i. Innixus est super lanceam.  
**V**itat enim scriptura grauiſſ. scelus  
proprijs uerbis efferre.

Omnis adhuc anima mea in me,  
hoc est, uiuo adhuc, nondum expi  
raui, ij. Reg. i.

Sanguis tuus super caput tuum,  
id est, quia occidisti, occideris, ij.  
Reg. i. Iusta talio. Inde dicitur, amo  
uere sanguinem à domo Dauidis,  
id est, illum trucidare, qui sanguis  
nem innocentē fuderat, sicut Ioab,  
ij. Reg. ij.

Non est malū in manibus meis,  
id est, nihil mali feci. i. Reg. xxij.  
i. Paralip. xij.

Retrī-

LINGVÆ SANC. zj

Retribuere bonum, id est, bene  
facere, i. Reg. xxiiij. Quare retris  
buat mihi retributionem istam: pro  
quo noster Interpres legit: Non in  
digeo hac uicissitudine. ij. Reg. xix.  
Dimittere aliquem uia bona, id est,  
liberum dimittere. i. Reg. xxiiij. He  
bræi utuntur dimitendi uerbo,  
quemadmodum nos. Einen weg  
gehn lassen/nimirz à transactione.

A loquendo ad eum. Noster sic  
ita ut nemo possit ei loqui, cap. zz.

Vsq; ad mingentem ad parietē,  
id est, ne pueros quidem reliquos  
faciam, iugulatis senioribus.

Venire in sanguinem, id est, ad  
occidendum adesse, i. Reg. xxv.

Erit anima tua custodita in cu  
stodia uiuorū. Cuius Idiotismi sen  
tentia hæc est: Perire non poteris,

C v custos

## IDIOMATA

**c**ustodiente Domino uitam tuam,  
cap. xxv. Mox occurrit contrariū :  
Anima hostium projicitur in ma-  
nu fundæ, hoc est, peribit.

Sua manu saluari , id est, custo-  
diri à Deo, ne manum afferas ali-  
cui &c. eodem cap.

Dominus præcepit ut dissipare  
tur , noster Interp . Domini nutu  
dissipatum est, ij. Reg. xvij. Sic Io-  
næ 2. dixit Dominus ad piscem &  
euomuit Ionam in aridam , id est,  
Domino disponente. In Gene. cap.  
xxvij. habet Hebræus : Occurrere  
fecit Dominus Deus tuus coram  
me, ubi Latinus legit uoluntas Dei  
fuit &c. Ibidem , ubi Hebræus ha-  
bet : sicut diligo , legit noster , sicut  
uelle me nosti. Et ubi habet : Abra-  
ham surrexit à facie mortui sui, legit  
hic :

hic: Abraham surrexit ab officio funeris. In gladio tuo uiues. Germanismus huic respondet: Deines schwerts wirstu geleben. Victū tua tibi barbaries parabit &c.

Præcepit domui suæ siue ad dominum suam , pro quo latinus Interpres disposita domo sua. Vide Esaiæ : Zaulebetheda &c. cap. 38. Et 2. Reg. 17. de Achitophel. Ad huc uita in corde eius, noster Interpres, Cū adhuc palpitaret. 2. Reg. 18. Iudicauit ei Dominus de manu hostiū eius , nempe quādo ultus est Absalom, ij. Reg. xvij. Mox ibi dem, iudicauit te aut tibi Dominus de manu hostium.

Leuare manus suas in aliquem, est, uiolentas manus inferre, ij. Reg. 18, & 20. Ab hoc autem diuersum

## IDIOMATA

sum est in Psal. Leuare manus ad  
Deum &c. Cum priore idem est,  
Exaltare manū in aliquem. ij. Reg.  
xi. & mittere manum in aliquem,  
Nehem. xij. Ester cap. ix.

Fit mihi in Satan, id est, aduersa  
tur meis conatibus &c. ij. Reg. xix.  
Nihil crebrius hoc hebraismo, eri-  
tis mihi in populum, & ego uobis  
in Deum. Pro quo communi lin-  
gua dicimus: Ero uobis Deus, uos  
meus populus &c. Nec quid fre-  
quentius, q̄d quod præpositio in,  
pro per accipit, ut in uerbo, id est,  
per uerbum. Item uir miseriæ, pro  
uir miser. Non fecit pedes suos, &  
non fecit barbam suam, quod no-  
ster Interp. legit, illotis pedibus &  
intonsa barba. ij. Reg. xix. lxx. pro  
fecit, curat habent. Vir magnus ni-  
mis,

mis, ubi noster legit, diues. Congruit Germanismus, quo diuites appellamus, die grossen Handfest, ij. Reg. xix. Sic mulier magna. iij. Reg. iij. Os meū & caro mea. Hoc sermone utuntur Hebrei quoties propinquitatem sanguinis uolunt innuere. Germani: *Er ist mein blut vnd fleisch.*

Euntes in animabus suis. Item, Euntes in animas suas, hoc est, animæ prodigi magna uitæ pericula subeunt. ij. Reg. xxiiij. i. Paralip. xi.

Nomen illi inter tres, hoc est, inter tres nobilior. Hebraica uocula Schub uarie usurpat, etiam pro eo quod est referre responsum, seu renunciare, ij. Reg. xxiiij. Sic. 3. Reg. xij. Dormire cum patribus suis, id est, mori in Dño, sicut cæteri retro patres.

Omnis

## IDIOMATA

Omnis Israël posuerunt super  
me uultus suos , noster Interp . sic  
Me proposuerat omnis Israël in re/  
gem.

In animam suam loqui , id est , sic  
loqui , ut uerba per iugulum redire  
cogantur . Aut , certo capit is discri-  
mine loqui &c . 3 . Reg . 2 .

Fugere ad animam suam , noster  
Interp . Fugere animas tantum suas  
saluare cupientes , hoc est , uitæ fuga  
consulere , 3 . Reg . vi .

Vocat Dñs famem pro , mittet  
famē , poenam uidelicet nostris pec-  
catis debitam , 3 . Reg . viii . Ætate  
nostra uocat Turcæ gladium in  
nos , uocat pestem & famem , uocat  
ignem , & prioribus sœculis non au-  
ditos morbos , nec tamen à peccan-  
do des-

dō desistimus. Heu nobis , arx reli-  
giosorum morum funditus euersa  
est: & nihil restat , nisi ut flagellum  
inundans castiget cōmeritos. Cum  
Domino. i. Reg. ij. Noster apud  
Dominum. Obseruatu quoq; non  
omnino indignum est, quod scrip-  
tura homines patrum suorum no-  
minibus cōpellare soleat, ut i. Reg.  
xxij. Audi fili Ahitob , sentiens  
Abimelech sacrificem, & Dauidem  
compellat idem Saul, fili Isai, quod  
nos esse , eodem modo uocat Do-  
minus in Euangelio Petrum Bar  
Iona, id est, filium Iona. Hinc item  
Barptolomæus, Bartimæus &c.

Ab hoc diuersum minime est,  
quod in conuiuio Platonis So-  
crates Eryximachum alloquens ,  
o, inquit,

## IDIOMATA

ō, inquit, Acumeni fili: Et apud Ho  
merum lliad. iij. ubi Agamemnon  
alloquens Menestheum, tu, inquit,  
fili Petei regis &c. atq; ibidem com  
pellat Diomedē, Tydei ducis filiū.

Filius domus aut domi natus ē  
seruitio, Gene. xvij. redditur, uer  
naculus. Quod Hebræi cor, Græ  
ci septuāginta interdum διεργάτης in  
terpretantur. Iaphet dilataē, id est,  
Ionge lateq; patet huius ditio. Am  
bulare cum Deo, Gene. v. ubi lxx.  
legunt, Beneplacuit Deo Enoch.  
Sensus hebraismi est: Enoch Deo  
digne uixit, cap. vi, dicitur idem de  
Noë, i. Reg. xiiij. legitur apud He  
bræos cū Deo facere, pro eo quod  
est, non sine Deo aut eius consen  
su. luxta illud: Non sine consilio  
diuum &c. In uia ueritatis, noster  
Interp.

Interp. recta uia. Quia uenatio in ore eius, noster sic: quia de uenationibus illius uesceret. Vir fratri suo, noster Interp. Mutuum. Tritum hoc quoque: uir ad proximum suum, id est, inter se. Vocauit ad Iacob, id est, uocauit Iacob, sic quoque audienti uerbum (schama) multis in locis accusat. cum præposit. Be, id est, in, post se regit.

Audi in uocem meam, hoc est, acquiesce consilijs meis. Simili figura legitur cap. 29. Osculatus est in eam. Item, uidit in humilitate mea.

In conspectu mortis eius. Noster sic: Anteque moriar.

Vestes desiderabiles, Latinus noster: Vestes ualde bonas. Ut sim in oculis eius, id est, ut apud eum in precio sim. Nam aliqui oculi eius

D caliga

## IDIOMATA

caligarant. Vide cap. 29.

Sæpissime cōglutinant Hebræi consignificatiuum Na cum Imperatiuus, quemadmodum in Hosia na, ut, Sa Na, id est, tolle quæso. Lech na, id est, abi quæso. Kum na, id est, surge quæso. Gesa na, id est, accede q̄so. Ten na, id est, da quæso. Ka na, id est, accipe quæso. Inuenies id genus multa in Hebraicis Biblijs. Na illud cohærescit etiā aduerbijs, ut, al na, id est, ne quæso, Germanice: Ach nicht.

Eleuauit Iacob pedem suum,  
noster Interp. Profectus est &c. Iacob interrogat He schalom lo, id est, Num pax huic? Vbi Latinus sic: Sanus ne est? Vide Iudic. xix, & iij. Reg. iij. Capitur enim pax pro

pro prosperitate aut rebus secundis. Pax erit seruo tuo, id est, bene agetur cum illo, i. Reg. xx. Ad pacem, noster sic: Si recte agant, i. Regum xvij. Rogauit Dauid ad pacem, id est, quam recte ageretur. 2. Reg. jj. Huc pertinet: Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem. Et apud Lucam: Quæ ad pacem tibi &c. cap. xix. Vide Genes. xlivj. Eti. Regum x. ij. Reg. viij. Loqui alicui in pace, id est, amice, Genesis 37.

Ut ædificer ab ea. Hunc tropū ita uertit latinus: ut habeam ex ea liberos. Atq; ibi quoq; adparet quæ sit uerbi, ædificare, uirtus.

Quemadmodū uero Sara ex Hagar edificari cupit, hoc est, mater fieri, Gene. 16. sic Rahel, Gene. 30.

D. ij Nam

## IDIOMATA

Nam & ibi ædificandi uerbum pos-  
nitur. Et Deut. cap. 25. præcipitur  
de ædificanda domo fratris sui, hoc  
est, procreanda prole &c. Diligen-  
tis Theologi facio iudicium, an eð  
pertineat, nec ne, quod in Exod. de  
ædificatis obstetricum domibus le-  
gitur. Etsi ibi pronomen, eis, apud  
Hebræos masculini gñris est. Ruth  
cap. 4. legis Rachel & Lia ædifica-  
runt domum Israël, id est, ipsis ma-  
tribus ortæ Iudæorū familiæ sunt,  
Ad hunc opinor modū accipi pos-  
sunt quæ legis, i. Reg. ii. & 25. Itē:  
ii. Reg. vii. domum faciat tibi &c,  
& iii. Reg. cap. xi.

Non dedit, noster uelut expo-  
nens legit, Non permisit, Gene. zo.  
Non raro tale obuiam fit scrutanti  
scripturas.

Ne

Ne ardescat in oculis, noster Interpres, ne irascatur.

Via mulierum mihi. Noster Interp. sic : luxta consuetudinem fœminarum accidit mihi. Verba hæc Rahelis ad Physicen spectant, Genesis 31. Quemadmodum hæc de Sara: Desiit fieri Saræ semita secundum mulieres, pro quo sic legit Interp. desierant Saræ fieri muliebria Genesis xvij.

Viri fratres sumus, Genes. xiij. Hoc est, fratres sumus. Eodē phrasim apud Lucam Euangelistam legitur, homines pastores, Item homo peccator, pro pastorib. & peccatore simpliciter. Palpebræ auræ, Job. 3. uertit noster, ortum, alij primordiam.

Judicare iustitiam, id est, defensio  
D iij dere

## IDIOMATA

dere iustitiam. Nostra translatio habet: discernere quod iustū est &c.

Bene facere gressum, id est, bene ingredi.

Bonas facere uias suas, id est, absq; criminē uiuere, innocēter conuersari &c.

Ancillam dedi in sinum tuum, pro eo quod est, conthoralem eam tibi adiunxi, Genes. 16. Cognosce re mulierem, Genes. 4. Venire seu ingredi ad mulierem, Gene. 6. Ap propinquare ad mulierem, Genesis 20. dormire cum muliere, Genesis 19. 2. Reg. 12. & i. Reg. 2. Tange re mulierem, Genes. xx. & i. Cor. viij. Humiliare mulierem, Iudic. xix. Genes. 34. ij. Reg. xiiij. Cognosce re cubile uiri, Iudic. xxi. Atq; hinc aestimanda est diuinę scripture cum uerecun

uerecundia tum castimonia: ut quæ  
horreat turpitudinem, uerbis uel  
leuiter turpiculis indicare.

Eder eder lebado, id est, singu  
los seorsim, Gene. xxxij. de dupli  
catis id genus infra dicemus.

Faciem eius pro, eo, Gene. 32.  
& alibi: Paruuli sunt, quos mihi do  
nauit (Hebraice Chanan, id est, fa  
uit seu ex gratia concessit mihi De  
us. Mox idem iterum de collatis bo  
nis exterioribus, ne uidelicet nescia  
mus, opes à donatore Deo contin  
gere mortalibus.

Spaciosa terra, ut que ueluti ma  
nibus late protrectet, Gene. 34.

Et exiuit cor eorum, pro quo  
Interp. noster, Obstupefacti sunt,  
Septuaginta, Opstupefactum est  
cor eorum, Gene. xlj.

D iij Ab

## IDIOMATA

Ab heri & nudiusterius, Exo. iiiij. & v. Deut. iiiij. & xix. Septuaginta legunt in Exodo , ante heri neq; ante tertiam diem &c. Id est, hactenus , siue usq; ad hoc tempus;

Cor dissoluere , id est , terrere , ita enim legit latinus Interp. Deut. j. & Deut. xx. ne dissoluatur , ne li quefiat cor tuū . Reperi has quoq; metaphoras , ne mollescat , ne teneat rescat cor tuum. Vide Esaiæ 7. & Hierem. 5j.

Liberi in anima sua , id est , Libertini , ingenuis parentib. nati &c. Hierem. xxxiiij.

Domus uestra , nisi pro familia capiat Genes. xlvi. absurdissimū sit.

Viri fortes , Hebraicæ chail pro idoneis ad obeunda reipublicæ munia , cap. xlviij.

Panis

Panis ad os pueri, latinus, cibaria singulis. In te benedicitur Israël, quod Græci: In uobis, cap. xlviij.

Omnis generatio illa, id est, q̄t̄s  
quot homines eodem sæculo uixerunt. Exod. j. In manu mittes, id  
est, tuo libitu, Exod. 4. Oculus ter  
ræ, pro q̄ noster, superficies. Exod.  
Quis & quis ibunt? pro eo quod  
est, qui nam ibunt? cap. x.

Non adiçiam amplius uidere fas  
ciem tuam, hoc est, in posterum te  
non uidebo, uel, sub conspectum  
tuum posthac non ueniam. Illud,  
non adiçiam ut &c. In Biblijs cre  
berrimum est. cap. xi. talis non adi  
cietur, ubi Interp. noster habet, non  
futurus est.

Moriatur anima mea, hoc est,  
ipse, quantus sum, mori cupiam zc.  
Nume. xvi. D v Amo

## IDIOMATA

Amari anima , noster Interpres  
animo concitati. Secus uero, i. Res  
gum xxij. ubi pro tristibus accipi-  
tur, item, iiij. Reg. iiij. Pro iracun-  
dis, i. Reg. xxx.

Reuersus est spiritus eius ad eū,  
noster , ut clarior textus sit, addit:  
& refocillatus est. i. Reg. xxx. Ger-  
mani cibo potuꝝ refectis uiribus  
dicere solent: Also möcht Leib  
vnd Seel wider zusammen kom-  
men.

Intellexi super eum siue ad eum.  
Noster sic: Diligentius eū intuens,  
3. Reg. iiij. Est, ratione adhibita rem  
consyderare, sic Psal. xl. Beatus qui  
intelligit super miserum, hoc est,  
qui cordatus prudensꝝ est in cog-  
noscendis calamitatibus hominis  
ægroti, ac sciant bene precari ægro-  
to.

to. Nempe: Dñs conseruet eum, &  
uiuifiet eū &c. Porro utimur qui  
dem latini, uno intelligendi uerbo  
utrobicqz, sed in Hebraeo uariatur.  
Illic enim uerbum est Bon, hic uero  
Sachal. Mascil el dal.

Accipite mihi gladium, noster  
Interp. Afferte mihi gladium. Ob/  
seruaui eum tropum saepenumero.  
Exod. cap. xxxv. legis, Tollite à  
uobis &c.

Calefacta, adeoqz exusta sunt  
uiscera eius super filio. Interpres no  
ster utitur alia metaphora, uertens  
commota. Prior metaphora uehe/  
mentior est, & uero propior. Es  
gieng jr durchs herz / als ein  
glüender spies. cap. iiij. Fiduciali  
ter habitare, Noster, absqz timore,  
cap. 4. Dedit ei latitudinē cordis,  
hoc est,

## IDIOMATA

hoc est, ampliss. ingenium. Fecit re  
gem illum doctissimum. Optarat  
sibi Leb schomea, id est, cor audis-  
ens seu obediens. Quibus uotis  
Dominus respondet, dicens se illi  
iuxta petitionem suam dedisse Leb  
hacham uenabon, id est, cor sapi-  
ens & intelligens, quibus uerbis ue-  
luti declarat, quid rex senserit inter-  
precandum. In idem ergo recidit,  
cor audiens, & cor sapiens. Illud pe-  
tiuit à Deo rex, hoc accepit.

A facie belli, noster Interp. prop-  
ter bella cap. v. alibi aliter, ut à facie  
tribulantis, id est, ante tribulan-  
tem &c.

Dedit hostes sub plantas pedū  
Dauidis, hoc est, subegit ac subies-  
cit illos regi, cap. v.

Erat cum corde suo, noster In-  
terpres,

pres, uoluit. Mox uerit, cogitauit  
in corde suo. iij. Reg. viij. & x. Da  
re uiām eius in caput eius, hoc est,  
secundū opera iudicare. iij. Reg. 8.  
Conuerterunt se ad cor suū, noster  
Interp. pccnitentiam egerunt in cor  
de suo. cap. 8. Boni corde, noster,  
alacri corde 3. Reg. 2j. z. Paralip.  
7. & Ester i. & v. capitibus.

Quicunqz accepit siue attulit cor  
suum, & omnis cui libertas spiritus  
eius est. Hæc ad uerbum uersa sic  
conuertit Interp. noster, obtulerūt  
mente promptiss. atqz deuota, Exo  
di xxxv. Septuaginta sic, & addu-  
xit unusquisqz, quæ tulit eorū cor,  
& quibus uisum est animæ eorū zc.  
Intelligo, eos oblatū accessisse, quos  
egit eo cor, Welche jr eigen herz  
hierzu triebt. Mox; Col nedib  
leb,

## IDIOMATA

leb, hoc est, omnis libero corde seu animo. Istiusmodi in uirtutum laude ponendum Teutones dicimus, freywilling. Tali liberalitate in egenos Eleemosynam erogari conuenit. Dedit ei secundum manū. Noster, ultro, legit cap. x. Impleuit post Dominum, Noster Interp. Impleuit ut sequeretur Dominū. iij. Reg. xi. Habes eundē tropū, Iosua cap. xiiij. ubi lxx, legunt: Decreuit seq̄ Dominū Deum, legunt in Regum quoq; tertio, sequi Dominū. Sensus est, totus adhæsit Domino.

Faciens opus, pro quo noster transtulit, Bonæ indolis & industrius, cap. xi. Eadē phrasī, facere regnū legitur, pro, prudenter imperare.

Manu sua impleuit, noster Interpres, opere impleuit, hoc est, fecit quod

quod dixerat, ij. Paralip. vi.

Erecti oculi eius præ senio. Vbi  
noster: Caligauerant oculi eius &c.  
Idem legunt & lxx. Græci. Stabant  
eius immoti oculi, waren stendig.  
Alioqui uoluuntur huc illucq; in  
columes oculi, neruis agilibus.

Post tergum me abiecisti, id est,  
Spreuisti me, iij. Reg. xiiij. Quæ lo  
quendi formulæ, planè prouerbia,  
les sunt. Sic è puluere exaltari, iij.  
Reg. xvi.

Sæpiissime scribitur de religiosis  
regibus: Cor eius erat Selom, id  
est, perfectum cum Domino, hat-  
tens mit Gott. In medium eius,  
id est, ad se, iij. Reg. xvij. In primo  
genito suo fundauit Ieriho, hoc est,  
è filijs charissimū perdidieris, si redi-  
fices ciuitatē hanc, Iosu. 6. 3. Reg.

Com.

16.

## IDIOMATA

Comedentes mensam, saepe legitur in lib. Reg. pro eo quod est edentes de mensa.

Facere bouem, id est, sacrificare bouem. 3. Reg. 18. usurparunt & gentiles faciendi uerbum pro, sacrū facere. Vnde Macrobius Aurel. illud Vergiliū enarrans: Cum faciam uitula &c. sic scriptum reliquit. Vitula dixit pro uitulatione, quod non men esse sacrificij ob lātitiam facti diximus. Cum faciam uitula, id est, cum faciam rem diuinam, non oue, non capra, sed uitula, tanq̄ dicat, cum uitulam pro frugibus sacrificas uero &c. lib. 3. Saturn.

Sanauit altare Domini quod dirutum erat, noster rectiss. legit, curauit altare &c. Si curandi uerbum recte accipias. Alij uertunt, reparauit.

uit, iij. Reg. xvij. Abiit ad animam suam, noster Interp. Quæcunq; eū ferebat uoluntas, lxx. Iuxta animā suam, 3. Reg. 19. Percussit uir ui-  
rum suum. Vbi latinus noster sic:  
Percussit unusquisq; uirū, qui con-  
tra se ueniebat, iij. Reg. xx.

Si non appræhendemus ex eis,  
noster in hunc modum, & obtine-  
bimus eos, cap. xx. lxx, legunt su-  
per eos.

A capite tuo , noster legit , à te.  
Nam præceptores in æditiore loco  
sessitant , ad quorū pedes auditores  
sedere habent. 4. Reg. ii.

Aquam fundere super manus,  
est ministrū alicuius esse cap. 3. Am-  
plexari filium, id est, adipisci filium,  
blanda uox Elisæi.

Nihil hoc Idiotismo tritus : Ac  
E cinge

## IDIOMATA

cinge lumbos tuos , id est sodes , ad  
opus accingere , paratus ac promis-  
ptus esto , quod iussi ut expediās.  
iiiij. Reg. ix. ij. Regum xxij.

Inuenire iniquitatem , noster red-  
dit , argui sceleris . iiiij. Reg. viij. Le-  
ctori sacræ paginæ occurrit non ra-  
ro , inuenta iniqüitas . Inuenit pro-  
deprehendit , aut rescit . 4. Regum  
xvij.

Statuit uultum suum , & posuit  
usq; ad confusioneM. Noster Inter-  
pres sic : Stetit cum eo , & contur-  
batus est usq; ad suffusionem uul-  
tus . Septuaginta uero : Stetit Aza-  
el ante faciem eius & apposuit co-  
ram eo munera , donec confusus  
esset . Et stund vnd war ver-  
starret &c.

Onus

Onus leuare contra aliquā gen-  
tem , id est, prophetiam onerosam  
ac tristem prædicere , iiiij. Reg. ix.  
Imo nullibi non.

Ambulare post peccata pro,  
peccare, der büberey nach gehn.  
iiiij. Reg. xiij. Notiss. est, ambulare  
post deos alienos &c.

Facite mecum benedictionem,  
noster sic : Facite quod uobis utile  
est.

Qui peccare fecit Israel, hoc est,  
qui fuit autor idololatriæ publicæ,  
fons & origo impiissimæ defectio-  
nis.

Tradidit eos Deus in manu  
hostium, hoc est, se uolente uicti ac  
capti, poenas dederunt idololatriæ  
& impuriss. uitæ.

E ij Vltra

## IDIOMATA

Vltra non faciam commoueri  
pedem Israël de terra, id est, Israelis  
ræ mei, quia recte uiuūt, de hac sua  
Palestina, nullis unq; hostium in-  
cursionibus expellent. 4. Reg. 23.

Extendam funiculum Samariæ  
super Ierusalem, hoc est, quando Ie-  
rosolymitæ tam enormiter peccant,  
decreui hos Samaritaræ gladio uisi-  
tare, & iam dimetior eam instar fa-  
bri, quomodo dissecanda atq; fin-  
denda sit urbs robustissima.

Ore ad os, noster Interp. usque  
ad os, septuaginta legunt, Os supra  
os. Paguinus ille Xantes uertit de  
latere ad latus. Sebast. Munst. de  
angulo ad angulum, von einem  
ort zum andern. Nulla fuit pars  
ciuitatis immunis à cæde crudeliss.  
tyranni Manasse. 4. Reg. 23.

Populus

Populus omnis stabat in foedera,  
re, noster Interp. acquieuit foederis.  
Idioma latinis protritum, quoties  
dicunt : stare pacto. iij. Reg. xxij.

Ibidem filij populi, pro uulgo  
accipitur. Eleuavit Puil Merodach  
rex Babel, caput Iehoachin regis Is-  
huda de carcere, hoc est, magno il-  
lum honore affecit. iij. Reg. xxv.

De tempore ad tempus, pro eo  
qd est, omni tempore. j. Paral. 9.

Dauid iuit &c. Noster Interp.  
proficiebat, cap. xi. post diuisio-  
nem regni Hebræorū, uidelicet æta-  
te Roboam & Hieroboam, coepit  
rex Israël uocari, rex decem tribuū,  
rex uero Iuda, rex duarum tantum  
reliquarum, nempe Iuda & Ben-  
jamin. Regnum Israel signatur s̄e-  
pe hic nominibus in libris propheta-

E iij tarum:

## IDIOMATA

tarum: Ephraim, Samaria, Israel,  
Joseph, Iezrahel, Bethauen, Be-  
thel, & interdum Iacob. At regnū  
Iuda nominibus hisce: Iuda, Ierusa-  
lem & Beniamin, hæc ex D. Hiero-  
nymo.

Saluauit salute magna, hoc est,  
optatissimam salutem attulit. J. Pa-  
ralip. xi.

In tempore diei ad diem pro quo  
noster Interpres per singulos dies.  
Idem ferè cum superiore tropo: de  
tempore ad tempus.

Multi ipsi custodientes custo-  
dias domus Saul, ubi noster Hiero-  
nymus. Magna pars eorum seque-  
batur domum Saul. Septuaginta  
Hebraicum exprimunt: quemad-  
dum eodem cap. j2. Vbi Hebræus  
habet: Erit mihi super uos cor, les-  
gunt

gunt illi: Sit mihi cor super uos in unitatē. Quo loco Interp. latinus uertit: Cor meum iungatur uobis.

Vocari in nominibus, id est, nominatim. Ibidem: Addiderunt uel adiecerunt adhuc, noster Interpres alia uice, i. Paralip. xiiij. Sapiss. fit obuiā nobis tropus ille quod est, parum fuit semel fecisse, nisi quod fecerunt iterarent.

Exiuit nomen eius, noster Interpres legit: Diuulgatum est, eodem cap.

Super Dauid Ephod lineum,  
Noster sic, Dauid indutus erat  
Ephod, j. Paralip. 15.

Dandi uerbū usurpant pro, cōstituere. j. Paralip. 16. Mox ibidē: dedit ad confitendum, id est, constituit ut laudaret Deus.

E iij Fui

## IDIOMATA

Fui de tabernaculo in tabernacula, pro quo Interp. latinus: Fui semper mutas loca tabernaculi, cap.

17. Cum impleti erunt dies tui, hoc est, quum satis uixeris, & tempus abire tibi appetierit,

Ambulare cum patribus suis, hoc est, in aliud saeculum sequi precessores, quod fit, cum uitam morte commutauerimus, J. Paralip. 17.

Suscitabo semen tuum, hoc est, faciam te prole parentem. Erunt tibi liberi.

Coram te, capitur interdu pro, ante te, id est, ante tuam aetatem, ut ad tempus referatur, cap. xvij.

Reuelat Deus aures nostras, hoc est, patefacit nobis uoluntatem ac propositum suum &c. Quin revealare etiam oculos dicitur Dominus

nus

nus in scriptura , pro eo quod est,  
facere, ut uidere possimus , quæ ui-  
dere ipse nos uult. Potest etiam le-  
gi, Deum reuelare auribus , & ocu-  
lis &c. ut clarior sit textus.

Postulare alicui pacem, hoc pres-  
cari pacem aut salutem, optare pro-  
speritatē &c. lxx. Interrogare quæ  
ad pacem , quo de idiotismo uide  
supra.

Benedicere, pro quo noster In-  
terp . congratulari, utruncq; legis.  
i. Paralip. xvij,

Vir præliaꝝ erat. N. ci. Quod  
noster reddit , aduersarius erat , alij  
faciunt, uirum inexpugnabilem.

Facies belli est ad me, ante & re-  
tro. Vbi noster Hieronym. Bellū  
ex aduerso , & post tergum conira-  
se, lxx, à fronte & à tergo &c. i. Pa-

E v ralip.

## IDIOMATA

ralip. xix. Eodem capite accipitur,  
saluare , pro eo quod est, in prelio  
laboranti suppetias ferre.

Os eorū, noster uertit , consiliū  
eorū, i. Paralip . xij. & Genes. xlvi.  
super os Pharaonis , reddunt , ius-  
sionem seu mandatum . Os Domini-  
ni, Iosua. xxi. interpretantur impe-  
rium Domini. Os Domini exasper-  
are, hoc est , nolle parere dicto. J.  
Reg. xij. Sic iij. Reg. xiij. ubi no-  
ster latinus , inobediens , legit . Se-  
cundum siue ad os , id est , iuxta com-  
missionem , iiiij. Reg. xxiiij . Quid in  
ore eius , quod noster Hieronym.  
sic : quid ipse dicat , ij. Reg. xvij.

In ore sacci , Gene. xlij. pro eo  
quod est , in summitate sacci . Et os  
gladij dicitur in Biblijs ea pars gla-  
dij , qua mordet , unde gladius uora  
re hominē

re homines passim legit. Sapit eam  
dem phrasim, quod in epist. ad He-  
bræos extat, gladius *δίσκος* cap.

4. Os speluncæ, pro introitu ac-  
cipitur.

Fuit cum corde meo, hoc est,  
animus erat, ædes extruere. Noster  
legit: Erat uoluntatis meæ. Idem,  
i. Paralipp. 22. & ij. Paralipp. J.  
vi. & xi.

Omne quod uenit super cor,  
ubi Interp. latinus legit, omne qd  
disposuit in corde suo. 2. Paralip.  
7. Dederunt cor suum, ut quare-  
rent, hoc est, animum adpullerunt  
ad studendum Domino ij. Paralip.  
xi. Et simile cap. xij. Non direxit  
cor suum &c.

Item:

## IDIOMATA

Item: Non præparauit cor suū Do-  
mino. i. Reg. viij. Conuersi ad cor  
suum, id est, resipiscunt, ij. Paralip.  
vi. Ab hoc non diuersum est, redi-  
re ad cor, Esaiæ xlvi. & Psalm. 84.

Deus tangit corda, hoc est, quō  
uult mouet. i. Reg. x. ipse quidem  
nullius autor mali, sed, se per mita-  
tente, procurat malum malus, qui  
est ter maledictus ille serpens, dicit  
etiam Deus inclinare corda, ij. Reg.  
xix. Inuenire cor suum, idem est,  
quod: Deū aliquid mittere in men-  
tem homini, ut faciat &c. 2. Reg. 7.

Factum est cor Israel post Ab-  
salom, hoc est, animus uulgi huc  
propendebat, ut Absalom principe-  
patū teneret patris loco. 2. Reg. 15.

Affligere cor suum ij. Reg. xiiij.  
Idem ferē cum illo quod est apud  
Esaiam

Esaiam cap. 58. uidelicet affligere animam suam, id est, esse heauton, timorum enon, pectus suū ad edere, breuiter, ad summum turbari. Nisi forte, nephesch, apud Esaiam, non pro animo, sed pro toto homine sumitur.

Cor tuum non est mecum, opis nor esse sensum huius, non es eius dē mecum animi, Iudic. xvi. Eiusmodi Apostolus noster uocat ὅμοφυχος

Furari cor, Genes. cap. 31. furas in corde, ij. Reg. xv. In Genesi legit pro isto furti genere latinus Interp. Noluit cōfiteri &c. Et lxx. Græci: Abscondit &c. In Regū autē libro, reddit isthuc latinus: Sollicitabat corda, Græci uero: uendicabat &c. Jacob in morem furis, clam Syro illo, abduxit adamatas filias. Et Absalom

## IDIOMATA

salom insidiose , clām patre Domīno , popūlum sibi conciliauit , id quod erat ueluti furto alienū usurpare sibi . Laban ipse postea dixit , Furatus es me , quod per me exposnas licebit : Spoliasti me , egisti erga me furem . In conspectu solis , pro eo , quod dicimus : in propa<sup>tulo</sup>, & est <sup>Dei vocis</sup> quædam , n̄ . Regū xij . Eodem cap . Si dixerimus ad eum , mortuus est puer , quām male faciet (supple Dauid) . Omnino hic Germanismus est . Solemus em dicere : **Ey wie vbel thut er/ n̄ mirum de eo , cuius res in arctum contractæ sunt.** Interp . noster pro uerbis sententiam reddidit , se affliget , inquiens . Septuaginta uero , Hebræum expresserunt . Quām male

male faciet, id est, ut insaniet præ  
uehementissimo dolore animi.

Surge Domine in requiem tu-  
am, id est, hoc in loco uti habites  
complacet tibi, hic quiesce, huma-  
norum uotorum facilis exauditor.

2. Paralip. 6.

Populus ueniunt, pro popu-  
lus uenit, tametsi hoc schema lati-  
nis quoque familiare est. ij. Re-  
gum xij. Non fuit amplius in ea  
spiritus, quod idem legunt tam  
Græcus quam Latinus nisi quod  
latinus addit, præ stupore. ij. Pa-  
ralippo. ix. Verum. ij. Regum  
x. reddit hoc ipsum Græcus: Et  
extra se facta est, καὶ ἐξ ἑαυτῆς ἐγένετο,  
hoc est,

## IDIOMATA

hoc est, attonita mirum in modum  
obstupuit, atq[ue] adeo ueluti mortua  
obriguit, tantum uelicet pelagus re  
rum preciosissimaꝝ intuens. Simili,  
licet non eadem, hyperbola omniꝝ<sup>ū</sup>  
gentium lingue utunt̄, quoties inus  
titatæ admirationes inciderint. Nec  
clausit Ierobeam robur ultra. Hunc  
tropum latinus Interp. ij. Paralip.  
ij. sic conuertit: Nec ualuit ultra re  
sistere &c. cap. uero libri eiusdem  
xxij. Idem dictum sic reddit: Nec  
erat ultra spes, lxx. cap. xiij. Et non  
habuit fortitudinem ultra cap. ue  
ro xxij. Non erat qui retineret uir  
tutem de regno &c. Sensus est, la  
befactata est bellica uirtus, qua ille  
ad hoc tempus fuerat usus &c. die  
maacht entgieng jm. Erat illi opu  
lentia & honor in multitudinem,  
hoc est,

hoc est, opulentissimus simul & honoratis. fuit Vscþ in excelsum pro eo quod est , magis atque magis mirum in modum &c. ij. Paralip. 17. & 26. Eiusdem figuræ est : uscþ in consummatum, ij. Paralip. xxiiij. Sic Larob, id est, in multum. Hæc in lib. Paralipomenon trita sunt. Nos schema istud Auxes sin appellamus.

Numerus eduentium gladium, hoc est, bellatorum ciuium, quos alibi scriptura uocat, uiros exercitus. Gladius Domini accipitur, J. Paralip. 21. pro plaga Pestilentiae. Conuertere gladium in uaginam suam. Item: Ingredi in uaginam suā. Hiere. xlviij. Ezech. xxi. Ioan. xviiij. quod Matth. 26. legit: in locū suū.

Sub manu aliorū stare seu cons-

F stitu-

## IDIOMATA

stitutum esse, id est, ad nutum alienum regi ac duci, i. Paralip. xxij. lxx. legunt, in manu, Hebraicæ lessiad. Sors exiuit, hoc est, cecidit. i. Paralip. xxvi. Luce 1. Funiculus distributionis Psal. 77. Numerum leuare seu accipere, pro, numerare, i. Paralip. xxvij.

Surrexit super seu in pedes, ubi noster Interp. cum stetisset &c. Est & Romanismus. Item Germanismus: er trat auf seine füsse. i. Paralip. xxvij.

Ego cum corde meo, noster pro hoc idiomate legit, cogitaui. lxx. habent: Mihi fuit in corde. i. Paralip. xxvij. sic ij. Paral. i. & xxij.

Dederunt manū sub rege cap. 29. hoc est, ultro consenserunt, ut Salomon rex esset Israelitici populi, &

li, & se potestati illius excellentiori  
submiserunt. lxx, legunt, subditi.

Magnificauit eum Dominus in  
excellum uidentibus cunctis. No-  
ster sic: Magnificauit ergo eum Do-  
minus super omnem Israel. lxx, co-  
ram omni Israel.

Exaltare cor suum in uias Do-  
mini. ij. Paralip. xvij. lxx, exaltatū  
est cor eius in uias Domini. Pro-  
quo latinus noster: Cumq; sumpsis-  
set cor eius audaciam propter uias  
Domini. Verum, ij. Paralip. 26.  
& xxxij. capitulur hoc idioma in par-  
tem deteriorem, quemadmodum,  
Psal. cxxx. Non est exaltatum cor  
meum &c. pro eo quod est, super-  
bire animus mihi nunquā fuit. Di-  
citur etiam, eleuare cor. Germani ta-  
le quid exprimunt, quoties dicunt:  
er erhebt sichs F ij Exi-

## IDIOMATA

Exiuit nomen eius usq; in Ionginuum, hoc est, in procul etiam dissitis regionibus celebri fama fuit rex. Quæ regio in terris nostri non plena laboris? Rursus apud eundem, usq; æthera notus. Huc pertinet quod in libro Esther cap. 9. de Mardocheo legitur: Et fama eius abiit per omnes pruincias, ubi Hieronym. habet: Fama quoq; nominis eius crescebat quotidiae &c.

Dedit faciem suam, ut quæreret Dominū, lxx, idem quod Hebræi legunt, Interp. uero noster sic: Totum se contulit, ad rogandum Dominum, ij. Paralip. xx. Ab hoc nō ita multum abludere reor: dare manus, ut ejcerent. J. Esre. jo. Quærere Dominum, peculiari modo sumit pro eo quod est: Inter aduersa opem

sa opem poscere à Domino &c. Po  
pulus terræ pro uulgo hominum,  
ij. Paralip. xxij.

Accipite eam mihi in uxorem,  
Iudic. xiiij. hoc est, adducite eam ad  
me, ut uxor mea sit. In eum modū  
habes, ij. Paralip. xxiiij. Accepit il  
li duas uxores, illi, id est, alteri des  
dit du. vxo. sic Nehemie. x. & xij.  
Item Genesis 24.

Dederunt uocem, ubi Interp.  
latinus: Prædicatum est, alij: diuul  
gatum est. lxx. Et prædicent in Iu  
da &c. 2. Paralip. 24. Sic, facere  
transire uocem siue, ut transeat vox  
2. Paralip. 30. 36. & Esre 1. & 10.  
Nehem. 8. Rursus 2. Paralip. 31.  
Cum erupisset uerbū, als es aus  
brach. Noster legit, cum percre  
buisset, Dare uocem, sæpe in Psal-

F iij mis

## IDIOMATA

mis accipitur pro quo Germani:  
sich hören lassen.

Date manus uestras Domino,  
hoc est subdite uosmet Domino, il  
licet seruite liberaliter, ij. Paralip.

30. Multiplicauit ad faciendum  
malum. Tropus hic, ut qui maxi-  
me, obuius grassanti per scripturas,  
habet̄ hunc sensum: Longe plus  
rima mala fecit, auxit flagitia, ipse  
flagitijs opertus &c. 2. Paralip. 33.

Afferre pedem Israel de terra,  
hoc est, permittere, ut Israelite in de-  
ditionē accepti, in captiuitatē abdu-  
cant̄ adeoq; abripiant̄. eodem cap.

A facie, ubi in Ebræo liphne,  
de tempore etiam intelligitur, nimi-  
rum pro, anteq; eodem cap.

Respondebant in hymno & con-  
fessioe Dom. hoc est, in uicē hymni  
zabant, aliij cessantibus aliij psallere

cœperunt &c. Huc respexit S. Lucas, quum scriberet de diua Anna, Ἀνθωμολογῆτο. Eodē n. ybo hic lxx.

Græci utuntur, Esrē cap. 3.

Oculus Dñi super eos zc. Videlicet in hoc, ut illos corroboraret, opemq; ferret laborantibus. Videbat ab eo non diuersum esse, qd sæpicule legit in Esræ libro : Manus Dñi bona super me zc. id est, feliciter a gebam, beneficio Dei. cap. v.

Dñs declinat cor regis ad Israel, hoc est, Vi sua Deus efficit, ut Rex Babylo, benevolus redderet populo Iudæorū. Parare cor suū ad quę rendū legē Dñi, qd est, ac si latine dicas : Appellere animū suū ad cœlestā philosophiā cognoscendā. Esræ 7. eodē cap. legis: Dñs inclinavit ad me misericordiā, id est, miseratione erga me cōmotus zc. F iiiij Po,

## IDIOMATA

Posui uerba mea in ore eorum,  
id est, indidi, seu suggesti eis, quid  
loquerentur, ne alia præter mea uer-  
ba pronuntient &c. cap. 8. Nisi fal-  
lit memoria, supra quoq; hoc idio-  
ma subiecimus lectoris oculis.

Collocare uxores, uidelicet à uer-  
bo Iaschab, id est, sedit uel habita-  
uit. Intelligo dictum pro eo quod  
est, facere, ut tecum domi tuæ uxor  
habitet. Noster Interp. transfert,  
ducere uxores i. Esrae x. quamuis  
ibidem inueniatur etiā accipere uxo-  
res. Sic Nehem. xij. legitur quoq;  
Ruth. i. accipere uirum, pro, nube-  
re. Respondet Germanismo.

Dare confessionem, nos pro eo  
dicimus, sein beicht thun, eodem  
cap.

Et non robur ad standum, hoc  
est,

est, stare nequijt, quo tropo uix quisq; alius uulgatior.

Ponere filios, pro quo Interp.  
noster, parere filios. Esre. x.

Rogare super Ierusalem, id est,  
interrogare qmodo se habeat urbs  
sancta. Latini quoq; isto sermonis  
genere delectantur, rogitans super  
Hectore multa. Nehem. cap. 1.

Quærere bonū filijs Israel. Nos  
diceremus: Operam dare Israeliti  
cæ genti, ut illi bene res succedar,  
aut, bene uelle ac cupere isti genti  
&c. Nehem. cap. 2. Eodem cap.  
Dominus dedit ad cor meum, hoc  
est, immisit in mentem meā, ut hoc  
facere aggrederer &c.

Collum suum afferre ad opus  
Domini eorum, id est, gnauiter ac  
totis uiribus extruendo dominico

F v tecto

## IDIOMATA

tecto insistere , noster Interp. legit,  
supponere colla sua in ope zc. Pro  
opere, habent lxx. seruitutē, Nehe.  
3. Non est ad manus nostras, hoc  
est, nihil nobis suppetit, nihil habe-  
mus cap. v. Rexit seu regnauit cor  
meū super me, ubi nost. Interp. Co-  
gitauit cor meū, lxx. uero: delibera-  
uit cor meum apud me cap. v.

Dare super alias congregationē,  
quod Interp. latin. sic : congregare  
contra alios contionē magnam. Ha-  
bent & lxx. dare. Notum est, q̄ ua-  
rias loquendi formulas, uerbum  
dandi & ponendi apud Hebræos  
gignet, cap. v.

Non inuenire uerbum, hoc est,  
interpretante Hieronymo , non in-  
uenerūt, quid responderent, cap. v.

Non comedere panē ducis , hoc  
est,

est, aulica quadra non uiuere, eodem cap.

Ceciderunt ualde in oculis suis noster, intra semetipsos. Græsus sic; Et cecidit timor magnus ualde in oculis eorū, das hertz fiel jnē auß die knie herab/ cap. 6.

Creberrima hæc sunt in Nehemiacæ libro, eram consyderans pro consyderauī, eram ascendens pro ascendi, erant dicentes pro dixerunt, erant pro ferentes pro proferebant &c.

Bonum eius loquebantur, pro quo noster Interpres, laudabant eum, Germani: Redeten sein bestes. Locus in Nehemiacæ cap. viij. legerunt distincte & aperte, fidelius sic uertitur: legerunt explorate & accommodato intellectu.

Hebraicæ:

## IDIOMATA

Hebraicæ : Mephorasch uesom se-  
chel. lxx. reddunt : & distinxit in-  
scientiam Domini.

Ponere nomen Abram Abra-  
ham, id est, uidere uiro illi tale no-  
men Nehem. 9. Eodem cap. dicit  
item Deus leuare manus , sed secus  
ac nos. Eodem cap. Molestia inue-  
nit nos. Quo de hebraismo superi-  
us admonui.

Auditum fecerunt cantores, no-  
ster Interp. clare cecinerunt, Nehe-  
cap. xij.

De pueris meis constitui, id est,  
aliquos è famulorum meorum nu-  
mero. Eiusdem locutionis : Effun-  
dam de spiritu meo &c.

Mox , cap. xij : Ne accipite de  
filiabus suis, id est, filias suas. In pau-  
cis uenire in militiam, commune est  
pro,

pro, pauci uenimus &c.

Accepit misericordiam coram rege, pro, accepit, legit Interpres latinus, inuenit. Mox ibidem: Acces pit seu retulit gratiam coram omnibus, Ester cap. ij. & v.

Liber uerborum dierum seu liber gestorum, tale reddit Interpres noster, liber memorialis, unde emanauit quod Chronicon appellant. Reddit item Annalis, uide Ester. ij. & v.

Implere cor suū, ut faceret &c. hoc est, apud statuere, animum ad isthuc confirmare animum inducere &c. Ester cap. viij.

Indicauit ei, quid ille sibi, hoc est, edocuit qd affinitatis haberet Mar docheus cum Estra. Ibat & magnis fiscabatur. Communis, tropus in Biblijs

## IDIOMATA

Biblijs pro eo quod est : semet in dies superabat honoris magnitudine. Interpres noster hunc locum, Ester cap. 9. sic reddit : Per cunctorum ora uolitabat &c.

Stare pro seu super anima sua, id est, pro se tuendo dimicare aduersus hostes, cap. 9. Benedicere pro maledicere , in libro Hiob à ueteribus indicatum est. Quo tropo non nunquā accipitur Kadosch , id est, sanctus pro prophano , in contrarium scilicet sensum. Hasid uero, ꝑ uocem, pius , interpreteris licet , in malam partem nuspiam capitur, lutra fallit.

Ponere cor suum super Iob, pro quo noster Interp. consydere. Idem cū illo saepius iterato apud Haggeū; ponite corda uestra super uias

uias uestras, de quo infra. Si nō uel nisi, quod Ebræi dicunt Im lo, accipitur pro eo qđ nos dicimus: Mirēni. Venit mihi, quod latini: Accidit seu euenit mihi. Vide Job cap. 3. Hunc librum unā cum alijs Hagiosgraphis in præsentiarum transiliimus.

Luxta iudicium, pro quo noster Interp. iuxta consuetudinem, ij. Paralip. iiiij. Item .i. Paralip. xv. alibi aliter uertunt. Vide Psalm. cxvij. In primo Reg. reddit latinus iudicium in hoc sensu, officium, i. Reg. xxvij. uertit decretum, ij. Reg. 18. transfert ritum.

Quomodo uos: hoc est, quo modo habent se uestræ res: Iudic. xviij. Sic in libro Ruth cap. iiij. Quid tu:

Pone

## IDIOMATA

Pone manum tuam super os tuum. Hunc tropum latini sic effeſſimus: digito compesce labellum.

Nomen Baal accipitur etiam in meliorem partem, ut Baal baith, id est, paterfamilias, propriè uero Dominus domus, Iudic. xix. Et sæ piuscule occurrit, Baalæ seu Baalim pro ciuibus.

Ponite uobis super hoc, ubi noster Interp. Ferte sententiam in commune, alij, deliberate. Iudic. xix.

Ascendit tota ciuitas in cœlum, hoc est, oppidum incendi flaminis usq; ad nubes ferebatur, in cinerem soluebatur &c. Iudic. cap. xx.

Frequentiss. est uir Israel pro ui ri Israel. Tribulatio ei, quod Ebrai cæ dicunt: Zar lo, reddit Interp. noster, in arcto positus. Hoc est,

cum

cum esset undiqp circumseptus ans  
gustia &c.

Non est sub manu tua gladius ?  
hoc est, Num gladium habes . Ibi  
iesch , id est , Hebræis exprimitur,  
i. Regum xxi.

Audire te faciam , pro eo quod  
est, dicam tibi, i. Reg. 9. Eiusdem  
formæ est, Videre te faciam , id est,  
ostendam tibi. Item , exire te faciā,  
id est, educam te. Sunt id genus in  
numera.

Magnificauit nobiscum. Eo tro  
po nihil uulgatus, quo quis te uertas  
in euoluendis sacrís uoluminibus,  
tantundem est ac si dixeris , magna  
in nos contulit , magnifice seu præ  
clare nobiscum egit &c.i. Reg. x. le  
git noster pro , magnificauit , am  
plius. Tritiss. est hoc quoqp, bo

G nus

## IDIOMATA

nus ab illo, id est, melior. Sic, abies  
cit te à rege, hoc est, inhibuit, ne sis  
rex. Apud Euangelistā Lucam de  
publicano idem habes idioma : Iu-  
stificatus ab illo , id est , iustior illo,  
seu præ illo.

Declinans ad auditū tuum , ubi  
noster Interp. Pergens ad imperiū  
tuum , hoc est , dicto tuo paret, j.  
Reg. xxij.

Inueni gratiam in oculis tuis, qua-  
si dicas, persuasum habeo , te mihi  
fauere , & bene uelle. Inuenit Da-  
uid gratiam coram Ionathan , hoc  
est, ionathan amantissimus erat Da-  
uidis zc. j. Reg. 20. Inuenire gratiā  
apud Deum, mit Gott wol dran  
sein/ in gnaden sein zc.

Non tentaui, noster sic: Non  
usum habeo , Non enim puer ges-  
tare

stare aut capere arma solet, i. Reg. 17. Super tectum, noster legit, in solario. Idem ferè apud Matthæū Euangelistam cap. x. Vide i. Reg. xix. & ij. Reg. xi. Filius exercitus pro milite, i. Reg. , xiiij. Illuminati & aperti oculi, Gene , cap. ij. non uidetur idem esse cum illo apud Samuelem .i. cap. xiiij. quo loco plas nè metaphoricum est, ut accipi possit pro lœta facie, ab esu mellis reddita. Habes in Psal . xiiij. Illumina oculos meos, pro eo quod est, pro hibe ab oculis meis tenebras.

Illuminare tenebras , id est , dispulsis procul tenebris lucem ex operata reddere. Illuminat itē Dñs uultum suū super nos, hoc est, sereno ac pacato uultu nos respicit , nulla ibi iracundiæ aut displicentiæ nebula &c.

G ij Filij

## IDIOMATA

Filiij iniquitatis, Hebraicę Bene  
Auela, accipitur quemadmodū filij  
Beliaal, 2. Reg. 7. Germani id sibi  
uolunt, quoties aiunt: **E**s sind bö  
se leut. Est conuitum scripturæ.

Ne colligam te cum illo, hoc est,  
ne te quoq; in promiscua cæde tru  
cidem, i. Reg. xv. de collecto iusto  
uide apud Esaiam. Super uel in fa  
ciem Ägypti, ubi nost. Interp. è re  
gione Ägypti, eodem cap.

Vertit de post me , id est, dere  
liquit me. Non statuit uerbū meū,  
quod reddit Interp. lati. Non ope  
re impleuit. i. Reg. xv. Verbum  
Dei erigi dicitur, quum factis expri  
mitur. Sic ij. Reg. vij. Suscita uer  
bum tuum , hoc est , accingere , &  
fac nūc quod antehac pollicitus es.  
Sic Nehem. 5. qui non suscitat uer  
bum

bum hoc. Verum secundum uirtutē uocabuli hebraici kum seu kom,  
 & qui pollet hic statuendi & fuscitandi uerbum. Crebro fit obuiam idiotismus ille, Dominus fuscitat uerbū suum, pro eo quod est, quicquid se facturum recepit, id facit reuera, siue in bonum, siue in malum i. Reg. iii. 3. Reg. 12. 3. Reg. 2.

Non dedit redire, ubi Hieronymus noster Interp. non concessit ut rediret. 1. Reg. 18. de uerbo dandi supra. Confortabat manus eius in Deo, hoc Ionathan solabatur tristis. Dauidem, quippe profugum & latitantem, atq; illi robur addebat, protegentis Dei fiducia. Experti sumus nos quoq; , quod hic de exule Dauide delibamus. i. Reg. 23

Declinare post auaritiam, id est,

G iij auas

## IDIOMATA

auarum pecunij sc̄p̄ inexplabilē esse,  
J. Reg. 8. Idem de persona etiā dici  
tur, ut loab declinavit post adonia  
id est, adhæsit illi. ij. Reg. ij.

Constitue eis regē pro quo He  
bræi: Regifica eis regē, i. Reg. viij.  
lxx. Fac regnare eis regem. Posuit  
fœdus mihi, noster Interp. Pactum  
iniuit inecum, ij. Reg. xxij.

Gibbor hail, ubi Hierony. for  
tis robore, homo militaris, præstan  
ti corpore miles.

Inuenta est in manu mea hęc res  
zc. Id est, habeo. Sic J. Reg. 13. qui  
inuenti fuerant cum eo, id est, qui  
cum illo erant, seu quos ille sibi ad  
iunctos habebat.

Vir in eundo, id est, quum ita  
retur. In conuertendo, id est, quum  
conuerteret. &c.

Quicq;

Quicquid inuenierit manus tua,  
est ac si dicas, quantū libet, aut quan-  
tum habes, Reg. 25. Dominus fe-  
cit salutem in Israel, id est saluifica-  
uit, e malis eripuit populum suum.  
Occultabo oculos meos in eo, id  
est, Nolim illum amplius aspicere,  
i. Reg. xij.

Amarum mihi ualde de uobis,  
ubi noster Interp. uestra angustia  
magis me premit, lxx. uero ita le-  
gunt: Afflictio est mihi ualde super  
uos. Sensus is fuerit: Vestro magis  
quam meo exilio crucior. Ruth. i.  
Vide Exod. j. amaricare uitam po-  
puli.

Vt cognoscamus, quo modo  
cadat uerbum, quem locum latinus  
uertit in hunc modum: quem res  
exitum habeat. Ruth. 3.

G iij Ibidem,

## IDIOMATA

Ibidem, suscitare nomen, pro  
suscitare semen. Et hoc corā in Isra,  
el, pro quo Hierony. Hic mos erat  
antiquitus. lxx. addunt δικαιωμα,  
ein recht. Ad eum modum i. Reg.  
9. Olim in Israel.

Aſa hail. Noster latin. transfert  
hanc oratiunculam, ut sit exemplū  
uirtutis. lxx. uero propius ad uer-  
bum accedentes sic reddunt: Faciat  
uirtutem. Greiff es dapffer an.  
Sic accipitur, 3. Reg. 1. De foemina  
ſtrenua legis Prouerb. 31.

Secundum omnes gentes, hoc  
est, iuxta morem omniū gentium.  
i. Reg. viij. Loquebatur secundum  
uerba hæc, id est, priora repetebat.  
i. Reg. xvij. Secundum hunc diem,  
id est, quemadmodum hodie adpa-  
ret 1. Reg. 22. Secundum tempus,  
ubi

ubinoster, hac eadem hora. 3. Res  
gum 20. Anno in anno, pro quo  
latinus Interp. per singulos annos.  
Amara anima, von herzen be-  
trübt. Grauis spiritu, schwermüt-  
tig/ pro quo posteriore Hierony-  
redit, infelix nimis. i. Reg. i. Ibi-  
dem, semen uirile capitur pro filio.

Ne des ancillam tuam pro filia  
Belial, noster legit, ne reputes an-  
cillam tuam, quasi unam de filiabus  
Belial. Dominus dabit petitionem  
tuam, id est, faciet, quod ab eo pe-  
tisti.

Vultus eius non fuerunt ei am-  
plius, hoc loco Interp. ita legit, uul-  
tus illius non sunt amplius in diuer-  
sa mutati. Septuaginta sic : Vul-  
tus eius non concidit amplius, hoc  
uultum alium, uidelicet lætiorem

G v lumpsit.

## IDIOMATA

sumpsit. Exporrexit frontem, antea corrugatā. Et puer puer. Pro qua eiusdem nominis ingeminatione Interp. legit, puer erat adhuc infantulus. i. Reg. i. Non sanctus, pro, nulus est sanctus.

Multiplicabat loqui , hoc est, multū loqui , multiplicabat orare, pro, multum orare. cap. i. & ij.

Domus fidelis, id est , cuius firmitudini fidendum est, i. Reg. ij. i. Reg. xxv. ij. Reg. vij. ij. Reg. xi. Aquæ fideles , quarum salubritati tuto concredas os. Esa. xxxij.

Complebo sermones tuos, hoc est, ipse tuos sermones meis perficiam. ij. Reg. i. Aliás, ut compleret sermo Dñi , quod dicti spectat ad opus 3. Reg. 2. Estote in uiros, pro quo Interp. Estote uiri, eadem phrasī

phrasí dicit̄ illud : Ero uobis in De  
um, id est, Deus. 1. Reg. 4. de hoc  
supra admonuimus. Subuerterunt  
super eam dolores eius. Id quod In  
terp. lat. ita legit : Irruerant in eam  
dolores subiti. lxx. uersi fuerant in  
eam dolores eius.

Aggrauare cor suū , est aliquid  
grauatim ac reluctante animo face  
re. Germa. uulgo dicunt : schwer  
darzu sein / sich schwer machen  
zc. De aggrauatis manibus , alibi.

Non ascendit iugū super eas, ubi  
Interp. lat. quibus non est imposi  
tum iugum. 1. Reg. 6. Eodem tro  
po alibi dicit̄ : Nouacula non ascen  
det sup caput eius, uidelicet de Na  
zaræis. Ambulabant secundum qđ  
ambulabant, pro quo noster legit:  
Huc atq; illuc uagabant̄ incerti. lxx  
lbant quocunq; ibant. 1. Reg.

## IDIOMATA

i. Reg. xxij. Omnibus diebus Samuelis, id est, per omne uitæ temporis &c.

Non ambulauerunt in via eius, hoc est, haudquam uixerunt, quem admodum pater eorum, i. Reg. 8. Impleuit ea regi, quod Hieronymus reddit.

Adnumerauit, hoc est, satisfecit illi, Ita enim quidam uertit, i. Reg. 18. Concludetur in manu mea, pro eo quod est, in deditio[n]em ueniet, tradetur mihi.

Visitatus locus, ubi noster, apparuit uacuus locus. i. Reg. xx. Imo passim in primo Regum. Nihil in sancta lingua usitatius, quam quod uerba transitiva suis accusatiuis praepositionem Be seu in praepositâ habent, ut credidit in uerba, pro, creditidit

dit uerba, audiuit in uocem, pro, audiuit uocem, ludic. 13. Eodem cap. legis, commedere in panem, pro, comedere panem. Interroga in Deum, pro, Interroga Deū, ludic. 18. Et cap. 20. appræhendi in uxorem, pro, appræhendi uxorem. Sic in Reg. lib. elegit in eum, pro, elegit eum. Pascit in gregem, pro, pascit gregem, i. Reg. 16. dedit dona in hominibus, pro, dedit dona hominibus. Psal. & Ephe. 4. &c.

Alio tropo dicitur: Loqui in auribus Dñi, id est, ad aures Dom. i. Reg. viij. In pane uenditi, id est, pro pane uend. i. Reg. ij. Sic ij. Regum xiij. in anima, ubi noster, pro anima. Vinxit eum in funibus, id est, uinxit eum funibus, ludic. xvi. In Ægypto, pro, de seu ex Ægypto ij. Reg. xij. In

## IDIOMATA

In sanguinibus filiorum Ioiada,  
id est, ppter sanguinē filior. Ioiad.  
noster addit in ultionē sangui. ij Paralip. 24. Ibidem, uir moriet in pec  
cato suo, id est, propter peccata. Ad  
eum modū. i. Paralip. 9. ducti sunt  
Babyloniam in scelere suo, id est,  
propter scelus &c.

Benedixit in corde, id est, ex cor  
de. Sic Apostolus quoq; : Psallen  
tes in cordibus uestris, id est, ex ani  
mo. Tritissimum item est, duo pro  
nomina pro uno ponī, ut, qua pro  
phetes habitauit in ea, id est simpli  
citer, in qua. ij. Reg. xij.

Dicendi uerbū interdū sumitur  
pro uerbo putandi, ut Iudic. 15. Pu  
taui q̄ odiſſes eam, Hebraicē habet,  
dixi q̄ odiſſ. Item cap. 20. Putauer  
runt filij Benlamin zc. Ruth, quoq;  
cap. 4.

# LINGVÆ SANC. 56

cap. 4. & 2. Reg. 13. Ne dicat zc.  
ubi noster Interp. ne æstimet zc. In  
terdum uertit illud cogitandi ybo.

Melior ipsa , ubi noster Interp.  
pulchrior, dicūt & latini, uirgo bo-  
na forma, pro formosa. Faciam uo-  
biscū malū cap. 15. qđ sibi Germa-  
ni uolūt, quoties cōminatiue & Iro-  
nia admixta dicunt: Ich wil recht  
mit euch vmbhalten. Surā ad fœ-  
mur, Iudic. 15. Quo loco Hierony.  
sic: ita ut stupentes suram fœmori  
imponerent. lxx. uero : in tibia cir-  
ca fœmur. Alij legunt: coxa super  
fœmur. Fortasse sententia fuerit:  
percussit Philistæos Samson nulla  
non corporis sui parte &c. Filij po-  
puli mei, pro conterraneis meis, Ius-  
dic. 14. Dedit eū pro posuit 2. Reg.  
xi. Sēpe em̄ idem iterandū occurrit.

Misit

## IDIOMATA

Misit manum suam, ubi noster,  
Arripuit. Videtur, mittere manus  
seu extendere manus idem propè  
modum esse cum illo: afferre ma-  
nus, seu inferre manus alicui. i. Reg.  
xxij. Consummare loqui, hoc  
est, finem dicendi facere. Vide ij.  
Reg. xi.

Hoc & hoc, Iudic. xvij. Hebra  
icę Co ue Co, Teutonismus respon-  
det huic idiotismo: Dis vnd das.  
Ruth. i. i. Reg. iiij. i. Reg. xx. Alia  
forma 2. Reg. jj. sicut hunc & sicut  
hunc, id est, tam hunc quam illum.  
Sic ij. Reg. xij. Cahenna ue Cahen-  
nah, id est, sicut talia & sicut talia.  
eodem cap. Pepercit ad tollendum  
uel tollere, id est, non tulit. Quem  
facere uiatori, pro, coquere seu con-  
uiuium parare ex dape ouilla &c.

Non

Non ei filius, id est, non habuit filium, Iudic. xi. Ei erant duæ uxores. i. Reg. i. Latinis quoque eadem forma dicitur: Est mihi nancio domini pater tecum. Erant duæ tabulæ in manu Moysi, pro eo quod est, Moses binas tabulas manu tenebat, Exod. xxxij.

Incendemus domum tuam super te igne, Iudic. xij. Germani isthuc referunt, quando aiunt: Einem sein haus vberm Kopff anzünden.

Posui animam meam in manus meis, hoc est, animæ prodigus de uita periclitabar, Iudic. xij. i. Regum 19. & 28. i. Paralip. xi. Forsan est eiusdem generis, in capite nostro, id est, periculo capitinis nostri, i. Paralip. xij. Et 2. Reg. 23. ire pro anima sua tecum.

H Anis

## IDIOMATA

Animam quærere, hoc est, insi-  
diari uitæ, eodem modo legitur in  
Psal. Captare in animam zc. Quid  
faciemus puerο? Nos dicimus, de  
puero. Germani, Utit dem fna-  
ben &c. Iudic. xiij.

Cum uenerit uerbū tuum, hoc  
est, quum reipsa fuerit expletum,  
quod promisisti &c. Iudic. 13.

Non dedit ut intraret, noster le-  
git, prohibuit eū intrare. Iudic. 15.

Abbreuiabatur anima eius, no-  
ster reddit, doluit. Legunt Septua-  
ginta quoq; doluit. Sensus legit-  
mus est, ægretulit populum suum  
tanta laborare calamitate, Iudic. x.  
Deo attribuitur non raro tam hu-  
manus affectus, quam humano-  
rum membrorum usus, tametsi neu-  
trum horum in ipsam diuinitatem  
cadit,

cadit. Porro eadem ac totidem uerba habes, Iudic. xvi. Quo loco noster uertit : defecit anima eius, nimirum Samsonis, lxx, legunt illic: animo defecit.

Vir ad proximum tuum , hoc est, alter ad alterum, Iudic. x. Sæpiissime ponitur uocula , uir , prouno homine, ut qui uir pro, qui uel quis simpliciter.

Quemadmodum inuenit, ubi noster Interp. ubiuncq; sibi commodum reperisset, Iudic. xvij. Eodem cap. Ut faceret uiam suam. Latinis quoq; dicitur , iter facere pro ambulare.

Viri mortis , ubi noster , morti obnoxij 2. Regum 19. de filijs mortis alibi.

H ñ Manus

## IDIOMATA

Manus mea erit cum eo , id est,  
auxiliabor ei , opem feram laboran  
ti. 2. Reg. 3. Audio uerba uestra  
pessima. 1. Reg. Pro quo Hierony.  
Audio res pessimas. Verba asinare,  
id est, asinas ipsas. 1. Reg. 10.

Secundum uerba hæc, noster le  
git , res huiusmodi. i. Reg. ij. Fre  
quens reperire est , uerbum pro fa  
cto, ut in libro Iosua : Omne uerbū  
bonum , id est , omne bonum cap.  
23. Mox : Omne uerbum malum,  
pro omni mala re. Et cap. 24. Post  
hæc uerba, id est, posthæc, absolu  
te. Et cap. 6. Quid fecit uerbum  
hoc? Item cap. 21. Hoc uerbū quod  
facietis sc. Vide Luce cap. ij.

Aggrauare manum, est tyranni  
ce agere , Manus Domini contra  
eos, Item : Manus Domini tetigit  
eos,

eos, in deteriorem partem usurpari  
uideo. Sicuti Ruth, Egressa est ma-  
nus Domini contra me, id quod  
statim uelut enarrans, subiungit, a  
maritudine repleuit me omnipo-  
tens, **Gros herze leid.** i. Reg. v.  
Manus Domini grauata super Phi-  
list. Mox ibidem: Facta est manus  
Domini &c. Contrarium, leuis ma-  
nus Domini. Manus eorū cum Da-  
uid, id est, intercessit illis cum Da-  
uide amicitia. i. Reg. xxij. ij. Reg.  
xiiij. Secus uero, i. Reg. vi. Sicut ma-  
nus tua inuenit, Iudic. 9. de hoc su-  
perius. Posuerunt ei manus, hoc at-  
tulerunt ei manus, 4. Reg. xi.

Verbum non eis cum homine,  
hoc est, nihil commercij cum homi-  
nibus habebant, Iudic. 18. Quid  
mihi & tibi? Iudic. xi. Quid nobis?  
**H** iij cum:

## IDIOMATA

cum : i. Reg. ix. toto corde, tota a-  
nima, id est, uehementissime. Ita es-  
tim est à nobis amandus Deus, &  
quæ Dei sunt exquirenda ac cog-  
noscenda Iosua xxij.

Pingues uiri accipiuntur pro  
magnatibus dicit Hans. In libro  
Iudic. cap. iii.

Apposuerunt ad malefacien-  
dum, id est, perrexerunt maleface-  
re. De hoc tritiss. idiomate supra  
non nihil commemoratum est.

Abstulerunt è medio eorum, id  
est, à se, Iudic. x. Super faciem ter-  
ræ, id est, super terram i. Reg. 30.  
Sic Genesis ij.

Non cecidit uerbum, Vbi no-  
stra translatio: non irritum fuit, Ios-  
sua xxi. i. Reg. iii.

Eiusdem uocis ingeminatio cre-  
beris

berrima ubiqꝫ est in sacris Biblijs,  
nec temere. Innuit em̄ non tam rei  
certitudinem, qꝫ uehementiā. Eun  
tes ibant, Iudi. 9. & in Psal. Faciens  
faciet. Si dans dabis , ubi noster, si  
tradideris, Iudic. xi. Morte mories  
mur, id est, certo moriemur, Iudic.  
13. In eodem libro , an iurgans iur  
gauit. Item : Si pugnans pugnauit.  
Sic Iudic. 15. odio oderis. Ruth. ii.  
nunciatum nunciatur mihi. i. Reg. i.  
Flens fleuit & uouens uouit Hāna.  
Aceruos aceruos , 2. Paral. 31. De  
edom de edom. Genes. 25. Caudā  
ad caudam, Iud. 15. Manus ad ma  
num, Proverb. xi. & xvi. Lignum  
ad lignum, Ezechiel . quanquam  
istiusmodi alio pertineant . In  
mane in mane , quo loco transla  
tio nostra habet , per singulos dies.

H iiii Sic

## IDIOMATA

Sic quoqz reddit: Die in diem, iij.  
Reg. viij. Item, secundum diem in  
diem. i. Reg. xvij. Cæphaam be-  
phaam, pro quo noster, semel &  
bis. Mox uertit, primo & secundo  
i. Reg. iij. Idem uice habes in He-  
bræo, Iudic. xx. & Numeri. xxiiij.  
Scit scit, id est, persuasiss. sibi habet  
i. Reg. xx. Quod dicit ueniens ue-  
niet, ubi translat. Vulgata: sine am-  
biguitate uenit. Moriens morietur,  
pro quo noster: absqz retractatio-  
ne morietur, i. Reg. xiij.

Ha tob tob atha &c. Id est, num  
tu bonus bonus magis qz Balak,  
ubi nostra uersio: Ne forte melior  
es Balach filio, &c. Iudi. xi. Ad mor-  
tem, ad morte Hiere. 43. Item ad  
gladiū ad gladiū. Item ficus ficus zz.

Meat meat, id est, paulatim,  
Exod.

LINGVÆ SANC. 61

Exod. 25. Goi Goi, id est, gens,  
gens, 4. Reg. 17.

Maal maal, Nos: Præuaricatus  
est, Iosua xxij. Ezech xiiij.

Kau kau, id est, paulatim, Esa.

18. Sabbathum sabbatum, ubi  
Hieronym. per singula sabbatha, i.  
Paralip. x. Pondus & pondus, Pro  
uerb. 20. Corde & corde, Psal. 15.  
Fossas & fossas, 4. Reg. 3. Aurum  
aurum, iiij. Reg. xxv. Vbiq; obuiū  
est. Meod meod, id est, ualde ual  
de, & id genus alia.

Animam accipere, Psal. 15. Pro  
uerb. xi. Animas possidere, Luc. 23.  
Animam effundere, i. Reg. i. Et  
effudere corda in Psal. Animā po  
nere, pro, occidere hominem, Pro  
uerb. xix. iiij. Reg. Animas conuer  
tere, Psal. xix. Prouerb. xxv. Vbi

H v alij

## IDIOMATA

alij exhilarare alij quietare. Ruth 4.  
uertit noster, conso'ari animam,

Possidere cor, Proverb. 15. &  
19. dilatare cor, hoc pro ualde gau-  
dere dicitur. Ponere cor, Psal. Ixij.  
& xlviij. Proverb. xxij. Appone  
cor, id est, animum adhibe, consy-  
dera. Item cap. xxiiij. Rursum, po-  
nere cor, i. Reg. xxv. Et i. Reg. ix.  
ne pone cor tuum eis, ubi noster In-  
terpres ne sis sollicitus. Ponere cor  
contra Nabal, i. Reg. xxv. Vide  
Exod. vij. & ix. Vide ij. Regum  
xiij. de Thamar, & de Dauide ibi-  
dem. Item cap. xvij. & xix. Pone-  
re super cor, Esa. Ivi. Non posuit  
cor eius, ubi nos: Non animaduer-  
tit, i. Reg. iiiij. Deuter. xi. Esaiae uc-  
ro 42. reddit, non intelligere. In-  
clinare cor, ij. Reg. xi. Ponite cor  
uestrum,

uestrum, Deuter. 32. Non ponent super nos cor, ubi noster Interp. Non curabunt nos. iij. Regum 18. Ne cadat cor hominis super hoc i. Regum xvij. Cor eius inclinabatur post eum, Iudic. ix.

Nunciauit ei omne cor suum, pro quo Interpres latinus, Aperuit ei ueritatem rei. Quando bonum cor eorum, ubi nostra traslat. Lætantibus per conuiuia, sumptis iam epulis, Iudic. xvi. Benefuit cordi, Noster hic: acquieuit sermonibus eorum, Iudicum xvij. & xix. Item Benefacientes corda eoru, hattent einen guten mut. Vide Ruth. 3. Posuit uerba hæc in corde suo, id est, secum animo reuoluit & expedit &c. i. Reg. cap. xxi,

Ponere

## IDIOMATA

Ponere uerba in ore alicuius. ij.  
Reg. xiiij. Est idem quod ad dicen-  
dum instruere. De hoc, ni fallor, su-  
pra. Sumere super os, Psal. 50. Ne  
sumas nomen Dei tui. Item in Psal.  
mittere os ad mala.

Deus locutus est in manu Mo-  
si, id est, per Mosen ceu organum  
peculiare.

Ad manum portæ, noster, iux-  
ta portam, ij. Reg. 18. Super ma-  
nus Arnon, id est, trans Arnon,  
Iudic. xi. Cadit capillus eius de ca-  
pite, id est, homo ille aliquid pati-  
tur. i. Reg. xiiij. Matth. x. Sic quo  
que ij. Reg. xiiij. Non cadet &c.

Viuit Dominus , si moriatur,  
hoc profecto, non morietur. i. Re-  
gum xix.

Iuit eundo manus filiorū Israel,  
&c, hoc

hoc est, Sie triebens mit macht,  
Iudicum iiiij.

Gaudere in Domino , sich des  
Herren frewen . Videre mor-  
tem, Ioan. viij. Istius generis est, ui-  
dere corruptionem , Act . cap. ii.  
Quod uero uidere mortem, mori-  
sit, abunde patet ex Lucæ ij. de Si-  
meone.

Ponam uos opprobrium, pro,  
exponam uos opprobrio. Faciam  
uos ignominiosos ac infames, i. Re-  
gum xi.

Vt ponat sibi nomen , hoc est,  
ut se celebrem faciat, ij. Regum. viij.  
ij. Regum x. & xi.

Ne ponat rex uerbum super  
seruum suum , pro quo Interpres  
latinus : Ne suspicetur rex aduers-  
sum

## IDIOMATA

me. Germanismus est : Et legt  
mir auss / ich habe dis than &c.  
i. Reg. xxij.

Posuerunt contra urbem , hoc  
est , pararunt arma , instruxerunt  
aciem , ut commisso prælio , ciuita-  
te potiantur , iij. Reg. xx.

Non reuertetur uerbum ad me  
vacuum , hoc est , Non uanum ac  
falsum erit , quod futurum præ-  
dixi. Esaiæ 55. Eadem habes cap.  
xlv. Præterea apud Hieremiam de  
sagittis cap. 50.

Ignorare introitum & exitum  
suum , iij. Regum iij. Ab eo tropo  
non existimo diuersum esse , quod  
apud prophetam Ionam legitur de  
paruulis , ignorantibus quid distet  
inter

LINGVÆ SANC. 64

inter dextram ac sinistram. Contra  
rium, scire introitum & exitum, ij.  
Reg. iij. Egrediebatur & ingredie-  
batur, Germanis. Et gieng aus  
vnd ein. Vide i. Reg. xvij.

Fornicari post Baalim, id est,  
meretriceo quodam amore Idola se-  
ctari, deo relicto &c.

Tibi Domine miseratio & pro-  
pitiatio, Danielis cap. ix. Et Psalm.  
Cum Domino misericordia & re-  
demptio &c. nihil aliud est, quam  
domini est misereri, parcere, redime-  
re. Sic Psal. 2. Domini est salus, id  
est, Nemo præter Dominum no-  
strum mortales saluat.

Induit eum spiritus, Iudic. vi.  
pro, inuasit. Rursum: Et factus est  
spiritus Dñi super Iephtha, Iudic. xi.  
Et pos-

## IDIOMATA

Et posuit &c. Iudic. 7. Et schaf-  
set das es zc. Noster habet, Im-  
misit &c. Coepit eum fortificare spi-  
ritus Domini , seu uim illi addere,  
Iudic.xij. Septuaginta. Coepit cum  
eo ire, cap. xiiij. Irruit spiritus Do-  
mini super eum. Sic i. Reg. x. Pro-  
eo quod est, commodum ac opor-  
tune præsto illi fuit, feliciter insiliit,  
prosper adfuit , optimarum rerum  
effector spiritus &c.

Viuiscare , in scripturis accipi  
obseruo , pro eo quod est , uitam  
concedere , uitam prorogare , uiuū  
aliquem seruare , uitæ uires addere,  
reuiuiscere ex infirmitatibus , adeo-  
que reualescere , nec non enutrire  
uictualibus destitutum &c. Videat  
studiosus lector , Iosua 14. Iudic. 8.  
Iudic.

Iudic. xv. i. Reg. xxvij. Iudic. xxi.  
ij. Reg. xij. iiiij. Reg. xx. iiiij. Reg. 4.  
Genesis vi. xij. xlviij. &c. Malefis  
cam non uiuificabis, hoc est, uiue  
re ne patiaris, Exod. xxij. hail rab,  
id est, uirtute multa præditus uir.  
Filius exercitus, i. Reg. xvij. Vir  
belli. i. Reg. xvi. Filij ledud, id est,  
accincti milites, ij. Paralip. xxv. Vi  
ri Zaba seu militiæ, i. Paralip. xij.  
pro hominibus belli studiosis, &  
n re militari strenuis &c.

Vocula, puer, uarijs modis  
iusurpata reperiſt, quod ſitu haud  
indignum eſt Theologiæ candida  
tis. Eius rei exempla nonnulla re  
cengebo. Quem nos, puerum, He  
bræi Naar communiter, & Græci  
Neaniscum appellant, i. Reg. xvij.  
uertunt Septuaginta dictionem

I Naar,

## IDIOMATA

Naar, παιδάριον, uidelicet Dauid  
iam Monomachus, παιδίον ubique  
puer redditur in Noui Instr. libris,  
id est, paruulus, Lucæ ij. Puer au-  
tem crescebat &c. Et i. Corin. xiiij.  
Cauetur ab Apostol. ne adulti fis-  
ant παιδία, Moses in arcula reper-  
tus dicit Naar, & idem Ieled, quod  
proprie in recens natum seu infan-  
tem sonat. Ioseph annorū sedecim  
Naar appellatur, & à Septuaginta,  
υἱός, id est, iuuenis. Samson quoq;  
adhuc infans Naar compellatur.  
Item Samuel fugens etiamnum,  
quo loco Græci παιδάριον Contra fis-  
lij Heli peccatores iam & fures Na-  
arim dicuntur, Græcis item dicti  
παιδάρια. Imo Samuel iam liturgus,  
appellatus est Naar. Puer Hieros-  
boam ægrotans Ieled dicitur. Pue-  
ri deris

# LINGVÆ SANC. 66

ri deridentes Helisæum uocantur  
Nearim ketanim, id est, pueri pars  
ui, παιδάρια μητρά. Ita semet appella-  
bat Salomon rex suo in templo  
orans, puerum paruum. Helisæus  
propheta uocat Giezi suū παιδάριον,  
ijij. Reg. xiiij. Filij Hiob conuiuan-  
tes dicuntnr παιδία. Apostolus Pau-  
lus appellat Galatas, ad quos scri-  
bit, τεκνία. Apost. Ioannes quoq;  
omnes Christianos τεκνία uocat.  
Marcus Euangelista appellat puer-  
um 12. annor̄ παιδίον cap. 5. Isaac  
uocatur & Naar & Ieled. Hismael  
eo etiam tempore Ieled dicebatur,  
quum una cum matre Agara dos-  
mo ejceret, & iam sagittarius idem  
παιδίον legitur. Joseph adultus Ieled  
dicitur, quemadmodum omnes fi-  
lij Iacob Ialadim uocantur, adoles-  
centes

I ij centes

## IDIOMATA

centes iam, Genes. xxiiij. Atq; adeo ipsa dina amissa uirginitate lalda appellatur, Genesis xxxiiij. &c.

Habent præterea Hebræi peculiarem modum in perpulchra illa eiusdem uoculæ allusione , quam Antonomasiam dicimus, ut Zuda Zaid, ubi nostra translat. cum uenatu aliquid depræhenderis . Sic Edom Edom, ubi noster Interpres coctio rufa. Item lazed nazid, pro quo Interp. coxit pulmentum . In Zachariæ quoq; libro de appenso precio idem dicendi flos, Gene. 23. Iscol Secel, dedit sicclos &c. Irad never, uouit uotum. Ibidem decimas decimabo, cap. xxx. Mercede conduxit te, Sachar Sechartica zc. cap. xxxvij. Mealuum aluum, quod est ac si Teutonice dicas, sie garbeten garben/

garbten/zc. Rex Solomon, quū  
esset, non iudicaretur tantum om̄  
nium mortalium sapientissimus, aie  
bat, se nihil scire, quemadmodum  
& Socrates Philosophus, quid es  
nim aliud est, ignorō introitum  
& exitum? Vide ij.

Reg. cap. ij.



T E A Λ O Σ.

# STUDIOSVS LECTOR

Errata sic corrigat.

A. 2. aut iustitia, lege inficitia. A. 4. geminam,  
lege genuinam. A. 5. animam, lege anima.  
Fol. 7. Oculo grauis, lege oculi. Fol. 8.  
hoc morieris, lege, hoc est, morieris. Ibidem uiuita  
rum, lege uiui tantum. Ibidem expiare, lege expira  
re. Fol. 9. uir num, lege uiri numeri. Fol. 10. An  
nos, lege Amos. Fol. 12. pro sicuti, uiculi. Fol. 13.  
lege queritur sine diphthongo. Ibidem per consci  
entiam lege. Fol. 14. ocului, lege oculi. Fol. 27.  
lege eadem phrasij. Ibidem lege primordium. Fol.  
28. lege liquefiat. Fol. 32. lege, si reædifices. Fol.  
33. lege Quocunq; eum. Fol. 37. lege uir prælio  
rum. Fol. 38. lege animum adpulerunt. Fol. 42.  
usq; ad æthera. Fol. 45. lege gignat. Fol. 46. ui  
dere, lege indere. Fol. 47. lege apud se statuere.  
Ibidem, pro q; lege quam. Mox sic lege, In malam  
partem iussiam capitur, nisi Leuit. 20. Proverb.  
14. Fol. 49. id est, lege, est. Fol. 51. hoc ionathā  
lege, hoc est ionathan. Fol. 53. hoc uultum, lege,  
hoc est, uultum. Fol. 55. qua prophe. lege, in qua  
prophetes. Fol. 58. tuū, legc suum. Ibidem, Quid  
fecit, lege Quis. Fol. 59. hoc attulerunt, legc,  
hoc est, attul. Fol. 60, lege Idem habes in Hebreo  
Fol. 62. lege, hoc est, projecto. Fol. 64. lege mea  
retiricio.

im.  
nd.  
8.  
uita  
pira  
An  
13.  
isci  
27.  
fol.  
fol.  
lio=  
42.  
ui=  
rc.  
lam  
rb.  
thā  
ge,  
qua  
yid  
gc,  
reo  
mea

*Stulte quid est mundus, mortis nisi causa futura  
En ruit in uitijis, en perit ille suis.*




*x. Ioan. 2.*


*Mundus transit, & concupiscentia eius ; Qui  
autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.*

Qui  
n.

476







Rerum Clericorum  
Siculorum